

Augientem. Fulgof. lib. 1. cap. 5. & Alex. an. lib. 3. cap. 29. Scribit Turpinus, eo die, quo clades insignis accepta est a Gallis in Hispania, in qua perit Rolandus, se inter sacrum caeremoniarum administrationem vidisse, & audivisse animas ad caelum cantu ascendentium.

EXPEDITIONIS INFAUSTÆ, CLADIS BELLICÆ, INFELICIS pugnae imminens.

Ex Tit. Mortis divina cognitio, non pauca exempla huic loco conveniunt, quatenus mors ducis, Imperatoris cladem exercitus habet junctam. Revelatio.

Monstravit Samuel Saulo vigilanti, quam tristis pugnae exitus regem Saulum, & omnem regis progeniem maneret. Sed ferox ille nimis, qui tam sinefesto praelio non abstinuit, vel quod abstinere non potuit, aut certe quia non credidit. Sab. lib. 9. cap. 5.

AMANDATUS à Mardonio Xerxis polemarcho in Græcia est ad Amphiarai oraculum missus, sciscitant super iis, quæ ad ministrarentur. Atis per quietem putavit, dei ministrum sibi assistentem, primo quidem voce repellere, ceu abesse deus; mox vero, ut minus obsequenter, manu etiam obrudere; postremo pertinacius perseveranti lapidem bene magnum in caput impegisse. Cæli lib. 19. c. 15. ex Plut.

D. Hostilius Mancinus ad bellum Numantinum cum 30. armatorum millibus proficiscens, à quatuor hostium millibus sepe victus, castris exutus, tandem hostibus deditus fuit. Ea clades fuit signis prius demonstrata. Pulli cavea emissi, & in proximam sylvam dilapsi, inventi non potuerunt. Mox navim ascensuro vox audita est, Mane, Mancine. Sab. l. 9. En. 5.

Predicatio.

Extant in Leuctrico campo Scedadi filiarum, quas Leuctricas ex loco vocant, tumuli. Nam eo fortè loco, cum vi essent à Spartiatis compressæ hospitibus, humatæ fuerant. Eo perpetrato tam atroci, atque nefario facinore, pater earum, ubi vindictam impetrare non potuit Lacedæmone, diras Spartiatis C. imprecatus super sepulchra puellarum seipsum jugulavit. Inde vaticinia, & oracula Spartiatis assidue prænucciabant. Leuctricam vitarent, & declinarent à Diis ultionem. Id autem non ita multi intelligebant, sed ambigebant de loco: quod etiam oppidum Laconice litori impositum Leuctron nominetur; præterea, ejusdem nominis sit vicinus locus Megalopoli Arcadiæ. Tandem in Leuctrico Bœotice campo à Thebanis atrociff. clade victi Lacedæmonii, imperium amiserunt. Plut. in Pelopide vita.

Siculum bellum, sive divina, sive humana reputatione horruit astrologus Meton, qui præfecturam certam habebat: finxit insaniam, ac domi suæ ignem subiecit. Alii negant prætextuiff. eum insaniam, sed eum noctu domum inflammasset. progressum in forum fordidatum, contendiff. à civibus, ut sibi tanta isto calamitate filium, qui navigaturus trierarchus in Siciliam erat, sacramento solverent. Soerati verò illi sapienti dæmonium ejus solitis signis istud quoque indicavit, expeditionem illam in peltem reipub. versuram. Ille familiaribus D. & amicis hoc aperuit: qui rumor dimanavit in populum Plut. in Nicias.

XERXES Darii F. effosso vetusto Belii monumento, vitream urnam reperit, ubi jacebat in oleo mortuus: non tamen plena fuit una: Adjacebat urnæ columna exigua, in qua scriptum continetur: Eum qui sepulchrum aperuisset, neque replevisset urnam pessime habiturum. Quo læsto Xerxes expavescens, oleum celerrimè jussit infundi: non tamen impletum est. Iterum infundi jussit: neque sic incrementum accepit. Donec frustratus omni labore infundendi, cessaret: clauso quoque monumento, summa cum modestia discederet. Quinquaginta myriadam exercitu adversus Græcos confcripto, magnam cladem accepit, reversusque turpiffima morte vitam finivit, noctu in stratis à proprio filio interemptus. Elianus lib. 3. Variæ hist. & Herod. lib. 2.

Est apud M. Antonium III. vir quidam ex Ægypto Magus, qui dubium verè id semitit, an in Cleopatæ gratiam fingeret, sepius Antonium hortatus fuerat, ut procul ab Odavia faceretur: Fortuna, inquit, tua, Antoni, per se splen-

didata, & ampla est: verum cum Odavia adhereret, contempnè hebetabatur, Tuus demon illius genium reformidat: & cum R. cellus per se sit, atque alacer, hujus tamen appropinquatione humilis fit, & pavidus. Fecit is facili fidem, quod sive fortibus, sive gallinaceorum, aut coturnicum paria committeret, Antonius erat semper Octavio inferior. His igitur commotus, cum Odavia, ex qua jam filiolam susulerat, Italia profectus, Athenas navigavit. Sab. lib. 9. En. 6.

Cecinerant vates antiquissimi, Romana arma Ctesiphontem transire nefas esse: & duces, qui ausi fuissent, pœnas daturus esse. Putant M. Crassum id cogitantem cum exercitu perisse: M. Ulpium Trajanum transgrediaum, Italiam non repelle, & quinque provincias trans Tygrum statim amiffisse: fastiusque fuisset non tentasse: legiones longè labore attrivit, & ferè consumpsit. Et quamvis victor longius produxerit terminos, tamen non multum profecit, dubium an sic volentibus satis, an culpa successoris Adriani. Ctesiphontem cupiens transire, superato Tygride, Valerianus à Sapore rege Persarum captus est. Verum Odenatus Palmyrenus victor Romanæ majestatis, Ctesiphontem usque trans Tygrum pervenit. Carus Imperator exercitum Probi Sarmatico bello latè victorem duxit in Persida, hostile regnum vastavit, Seleuciam sanctam Eufatæ, quam olim ceperat Aelius Verus Antonius F. expugnavit. Deinde Ctesiphontem, & longius progredi volentem, vel moribus, vel istis fulminis caelo turbido, & coruscante absumpsit. At Valerius postea Ctesiphontem transivit, & Romanos fines auxit, ac dilatavit. Culpin. A. D.

In Mileto Licinius vatem Apollinis Didymam consulit de eventu belli contra Constantinum. Is respondit Homericis versibus: O senex, tevera valde te juvenes consuevit bellatores, & robur tuum dissolutum est: gravis verò senectus tibi imminet. Sæpomenus l. 1. c. 7.

CONSTANS Imp. an. 663. ornatifsimam classem Tarentum applicuit, eo animo, ut bellum Longobardis inferret. Ibi cum Eremitam quandam sedere, qui divino afflatus spiritu multa vaticinaretur, audisset, experienda artis ejus studio ipsum consuluit, Num quod moliebatur, Longobardos esset ex Italia exadurus? Cui ille: Minime omnium, inquit, neque enim per D. Joannem Baptistam licet, cui gens illa curio cultu, præcipua religione deseruit. Nec vana fuit prædictio. Sigonius lib. 2. regni Ital.

Cum Valens Imp. Arianus ad bellum Gothicum proficisceretur, ajunt, Iffacium, religiosum monachum, in vicinia solitudine habitantem, adventasse, & Imperatoris equum apprehendisse, ac clara voce proclamasse: quò vadis, Imperator, ad versum Deum pugnaturus, & Deum inimicum habens? qui & Barbaros contra te nunc incitavit: qui multorum tu linguas ad blasphemiam contra ipsum exacuisti, & ab Ecclesiis repulsi laudatores ejus. Define igitur, si sapias, pugnare: & bellum Deus fopiet. Redde gregibus pastores suos, contingetque absque labore tibi victoria, sed si his neglectis ad pugnam perrexeris, ipsa te res docebit, quam sit durum contra stimulum calcitrare: neque enim ipse revertere, neque exercitum retinebis. Ibi iratus Imperator: Et revertar, inquit, & reversus supplicium exigam mendacis vaticinii tui. Itaque in custodiam usque ad reditum Cæsaris est traditus. Quo die autem Valens exustus est, Iffacius custodibus dixit: Valens igne extinctus jacet. Observatus est dies, & hora, qua hæc verba dixerat vir ille beatus, & res ipsa veritate comprobata est. Zonaras, & Theod. l. 4.

ATTILA Hunnorum rex, dum soluta obsidione Aureliana in campos Catalaunicos adversus hostes iter faceret, reperiens à suis in præcipio ardui cuspudam montis eracita quidam, H. ad Attilam ducitur. Rex sciscitatur, Quisnam hominum esset, quem Deum coheret, quem sibi dii eventum belli promitterent? Is post diuturnum silentium, veluti numine afflatus, regem inter alia flagellum Dei, ad vitia Christianorum corrigenda, missum vocavit: præterea eo praelio, quod contra Romanos facturus erat, inferiorem fore dixit, non tamen funditus periturum. Attila inopinato percussus nuncio, jubet eum in custodia honesta servari, donec ab aruspicipibus vis certiora intelligeret. Hi exitis pecorum inspectis, vaticinium eremita confirmarunt: addentes, Duces hostium in praelio casurum. Attila nihilominus maluit extrema omnia experiri, quam terga vertere. Bonfin. l. 4. Dec. 1.

Dù Argæta Pp. legatione apud Justinianum nomine Theodahati regis Italia pacis conciliandæ causa fungitur; Grippa, & Aflinarius Gothorum duces magnis cum copiis se in Dalmatiam contulerunt, ac cum Mauricio Mundi Justiniani ducis filio ex insperato occurrente congressi, ancipiti praelio decertarunt, nam & Gothorum primores, & fortissimus quique occu-

decubuit, & Romani fetore omnès unà cum Mauricio duce desiderati sunt. Qua clade audita, Mundus pater confectum acurrit, ac Gothos in fugam actos facillè profligavit: verum & ipse cupidius insequutus, vulnere à fugiente quodam accepto, interit. Quo tempore carmen Sibyllinum ad id usque ætatis obscurum est intellectum, quod erat Fore, ut, cum Africa crederetur, Mundus cum sua prole periret. Ita utrimque magna clade discessum est. Sigon. Imp. occid. lib. 8.

JOANNES CORVINUS, quarto suæ gubernationis in regno Ungariæ anno, Varnensem cladem ulturus, contra Amurathem Turcarum Imp. expeditionem suscepit. Cum in campum Merula, prius Ungari, deinde Turcæ descenderent, Anus exclamavit: Heu quam vereor, ne parum æquis Ungari nunc dimicent auspiciis, quando trajectus vado eorum exercitus vix unum, Turcarum verò dies fluvium perturbavit, veluti futuram cladem ex inopia copiarum ariolaretur, Bonfin. lib. 7. Dec. 3.

Cum Clementis III. suavi Philippus Franciæ, Ricardus Angliæ reges Hierosolymitanam expeditionem suscepissent, maximis contibus, paribus animis: Joachim Abbas ex continentis Italia Messaniam ad reges eventum belli prænotandi cupidus produxerat, Ituros eos, sed parum profecturos, respondit, quòd nondum diem bellum sua fata appetere, nec terræ sanctæ recipiendæ dies illuxisset. Vaticinium eventum comprobavit. Amil. l. 6.

FREDERICUS I. Imp. ad bellum factum, anno 1189. proficiscens, & Germania per Hungariam abire: neque oraculum Joachimi Abbatis in Calabria apud monasterium Floris eximia vaticinii laude florens audivit, qui ab eo de eventu expeditionis Hierosolymæ consulens, nondum tempus venisse, quo Hierosolyma à Christianis recuperarentur, respondit. Sigon. l. 15. regni Ital.

Ad Mohazium Ludovicus Hungariæ rege cum Turcis congressit: Franciscus Varadiensis Episcopus, Perennii filius, clara voce dixit: Ferunt majores nostros decem millia martyrum, quorum diem in Ecclesiâ celebramus, neci quondam dedidisse: multò plures, ut ego perspicio, hic monachus (Paulum Tomorem Colocensem Archiepiscopum Polematichum inuenis) hodie martyres ex Hungaris consecrabit. Inter funefactos postremè regis Ludovici vox numerata, & qui prægratulorū roganti, Ubina cœnare vellet, in castris, an C. in vico? respondit: Dets novit, ubi hodie cœnabimus. Dubr. lib. 33.

Pius II. Pontifex, legatis Veneris in conventu Mantuano societatem adversus Turcas recusantibus: Fore, ait, ut quod tempus negaret, decimo post anno serò essent rogaturi, quod evenit. Nam decimo post conventum anno amiffa Eubœa, opem ex omni Italia implorator circumterit. Campan. in ejus vita.

Omina.

JUDAS Macchabæus cum potentissimo exercitu Antiochi Eupatoris dimicaturus, omen pugnae cepit. Eleazarus enim frater Judæ in prima velitatione elephantem regio ornata instratum subiens confecit, & mole cadentis belluz oppressus est. Non obfuro praefragio, Judæos quidem fortiter rem gesturos, verum nisi multitudini hostium cederent, ad interfectionem cadentes. Judas igitur, summæ virtutis facinoribus editis, cum suis in tuta sese recepit. Joseph. l. 12. c. 15. Antiq. D. l. 1. c. 1. de bello Jud.

TIMOTHEUS, Antiochi Epiphanius dux, cum contra Raphonem castra posuisset, Judas Macchabæus ei cum exercitu obviam profectus est. Tum Timotheus omen pugnae captans, Si Judas prius ad nos transierit, vincemus: si tertius transierit castra posuerit, victores erimus. At Judas primus exercitum per torrentem duxit, & Timotheum profligavit. 1. Machab. 5.

Cum Xerxes contra Græcos classem duceret, ad Achantium urbem Arachæus, qui fossæ ad Athon montem faciundæ præfuerat, statura inter Perfas proceriffima, moriens, omen fecit infelices pugnae. Herod. l. 7.

Post pugnam infelicem Xerxis ad Salaminam cum in Thesalia Mardonius haberet delectum copiarum, oraculum è Delphis ad Lacedæmonios venit, ut Xerxes pœnas necis Leonidæ regis fudit Thermopylas castris proferent, & quod daretur ex eo reciperent. Mittunt igitur Spartiata caduceatorem. Is ubi in Thesalia in conspectu Xerxis venit, ita verba fecit. Rex Medorum, Lacedæmonitæ, & Heraclidæ (quæ L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. II.

Sparta sunt) pœnas cædis reposcunt, quoniam regem ipsorum interemisti, dum Græciam protegit. Ad ea Xerxes acinorosus suffulit: ac diu responso non reddidit. Hic, inquit (monstrat Mardonio, ut ei assistebat Mardonius, quem cum xxx. myriadibus in Græcia relinquebat) pœnas tales dabit, quales decet. Caduceator hoc responso accepto, discessit, Omen certe in voce fuit: Esti Xerxes intelligebat, Mardonium pœnas sumpturum à Græcis, non autem Græcis daturum. Herod. lib. 8.

HIPPIAS Pifstrati F. cum Perfarum auxilio Eretria directa contra Athenas exercitum duceret, & prædam Egærietensem, quam deposuerat in insula Scyreorum nomine Egæcia reportaret, dumque naves ad Marathonem appulas in itationibus locat, ac Barbaros in terram egressos disponit, talia admistranti contigit sternutatio, ruffisque solito vehemencior. Unde concussus ejus, utpote senis, plerisque dentibus, unus illorum ex violentia ruffiendi excussus est, & in arenam delapsus, qui magna adhibita ad invenientum diligentia, cum tamen non appareret, suspicans Hippias, ad eos, qui aderant, ait: Hæc terra non est nostra, nec eam proterimus nobis subijctam efficiere: sed tantummodo partem, quantum spatii dens, qui mihi aderat, obtinet. Vates fuit verus. Victi enim ab Atheniensibus Perfa ad Marathonem, turpiffima fibi consulere coacti sunt. Herod. l. 6.

Cum de victoria legatos ad Dodoneum Jovem Lacedæmonii misissent, & hioraculum oppertientes, vasculum cum fortibus certò posuissent. Moloforum regis simia fortis ipsas huc illuc sparsit, confudique: responsum est, Lacedæmonios non de victoria, sed de salute cogitandum. Hunc tantum terrorem, has decorem immortalium minas, sequens mox fortuna declaravit, famosa illa pugna Leuctrica, Lacedæmonios deletis. Petrarca.

Mos fuit Spartanis olim ad bellum proficiscentibus grecis in extremo agmine habere, quo & ad facta, & antequam signa conferrent, ad litandum hostium in promptu essent. Earum pecudum duces itineris erant captræ, quas catædas nominant pastores. Itaque cum Cleombrotus cum Spartanis ad Leuctra peteret, gregem invadentes lupi, ovibus nullam lævè noxam intulerunt, solas verò catædas necarunt: non obscuro indicio futuræ cladis. Pausan. in Bœotiis.

Chius ante cladem, quam in pugna navali à Persis acceperrunt, ingentia signa contigerunt. Unum, quòd ex choro centum juvenum, quos miserant Delphos, duo omnino rediere, G. monaginta octo pestilentia absumptis. Alterum, quòd sub idem tempus, paulò ante navalem pugnam, tectum supra pueros licteras dicentes corruit, ita ut ex centum viginti fueris unus omnino evaserit. Post hæc excepit pugna navalis, quæ civitatem in genua dejecit. Accessit ad cladem pugna Histiazus Milesius cum Lesbii, qui Chios jam exhaustos facillè ad excidium deduxit, & clam adortus subegit. Herod. l. 6.

Cum Athenienses in apparatu essent belli Siciliensis, omnibus jam ad navigandum parati, Adonidis sacra à mulieribus celebrari sunt coepta, quæ in eos dies incidebant. Itaque sinuata quasi mortuorum cadavere frequentes efferebant pro more festivitatis ejus, funeraque, & sepulturae imitabantur, & feralia carmina concinebant. Ad hæc Mercurii statua, quas Hermas vocant, in omnibus serè compitis una nocte facies, & ora, mutilata reperta sunt, incerto auctore. Omnia hæc signa fuerunt infelices belli. Alcibiades enim dux propter hoc crimen domum revocatus, ut causam diceret, ad Spartanos descivit: inde ad Tissaphnem, multique malis patriam affecit. Plut. in Alcibiade.

HANNIBAL ex Italia domum revocatus, ubi Africam in conspectu habuit, gubernatorem sciscitavit. Ecce terre ora oculis occurrit, sepulcrum dirutum, respondit. Quam vocem ille auverit, Lepim casum detorsit, sextodecimo secundi Punici belli anno. Sab. lib. 6. Enn. 5. ex Livio.

C. FLAMINIUS inauspicatò consul creatus, cum apud lacum Hetruriæ Thrafinum cum Hannibale confidit, convelli signa jussisset, lapsu equo super caput ejus, humi prostratus est: nihilque eo prodigio inhibitus, signiferis, signa moveri sua fere posse negantibus, malum, ni continuo ea effodisset, minatus est. Verum hujus temeritatis uitam sua tantum, non etiam P. R. maxima clade pœnas pendidisset. In ea namque acie 15. millia Romanorum caesa, 6. millia capta, 20. millia fugata sunt. Consul obruncti corpus ad funderandum ab Hannibale qualiter est: qui, quantum in ipso fuerat, Romanum sepeliret imperium. Val. Max. lib. 1. cap. 6. & Plut. in Fabio.

PHILIPPUS Macedonia rex, cum Li. Quintio Flaminio praedecertatus, casu, an urgente periculo praecipitantiæ, imprudens sepulcrum, quod foris extra castra excelsum erat, conscendit: unde alloqui milites, ut fieri ante pugnam solet, & adhortari institit. Illic eo omni die percussus, rex abstiniit eo die pugna. Postremo die collatis signis, octo milia suorum amisit, & fuga vix elapsus, turpem à Quinto pacem accepit. *Plut. in Flaminio.*

M. CRASSO Brundisii trajecturo ad Parthicum bellum, quidam venales ficus Caunæ (à loco dictas) proclamabat. Omen multi exceperunt, quasi videretur dixisse, Cave, ne cas. *Plut. lib. 15. cap. 19.* Mox in Syria hybernans, non lustravit exercitum, non instituit ad exercendos milites certamina: sed vestigalia tantum suppavit, deæ Hieropolitanae (sive illa Juno, sive Natura erat) thesaurum ponderibus, & trutinis per multos dies examinavit: indicabat populis dynastisque militum delectus, mox pecunia causa remittebat. Templo excedens, primus in foribus adolefens Crassus filius lapsus est, inde incurrens in illum fenex. Transmisso Euphrate cum militibus frumentum metiretur, præbit ante omnia lentes, & falem: quæ Romani habent pro ferilibus, & defunctis apponuntur. Concionanti vox excidit, quæ majorem in modum confirmavit exercitum: siquidem pontem dixit se refecit, ne quis eorum regrederetur. Ac cum oportuisset, ubi advertit dicti importunitatem lenire, id & declarare apud trepidos, ex perviciacia postmisi. Postremo cum lustraret solenni sacrificio exercitum, porrecta ei ab aruspice exciderunt manibus: unde vel maxime percussam coronam cernens risit, ac, Ea adfert senectus, inquit: verum haudquaquam elabentur manibus meis arma. Quo die à Parthis cum exercitu cæsus est, fama est, non, ut solenne Romanis Imperatoribus est, paludamento purpureo processisse amictum, sed toga pulla, eamque, ubi animadvertit, mutasse: signa autem quædam velut immolita vix magno labore valuisse significos convellere. Mæsti, & taciti milites ad principia conveniunt, qui veteri instituto cum clamore alacri accurrere debebant. Magna prodigia: sed & illa clades aliquanto majores, tot pulcherrimarum legionum interitus, tam multa signa hostilibus intercepta manibus, tantum Romanæ militiæ decus Barbarorum obtritum equitatu, optimæ indolis filii cruore paterni respersti oculi, corpus Imperatoris inter promiscuas cada verum strues, avium, ferarum que lanatibus obiectum. *Val. l. 1. c. 6. & Plut. in ejus vita.*

Cum contra Cæsarem Cn. Pompejus in Pharfaliciæ campis pugnaturus esset, subita tristitia militum animi implicati fuerunt, nocturnique terrores totius exercitus. *Val. lib. 1. cap. 6.* Eidem pullum amiculum diras præmonstravit. *Alex. lib. 5. cap. 13.*

Remora pisciculus, Echeneis dicta Græcis, fertur Asiaco maris tenuis prætoriam navim M. Antonii, properantis circumire, & exhortari suos, donec transiret in aliam. Ideoque Cæsariana classis impetu majore protinus venit. *Plinius lib. 32. cap. 1.*

PETRONAS Michaelis Imperatoris dux Agarenos prælio vicit, & Amer duces illorum occidit. Fertur Amer captivum quemdam de nomine loci, regionis, & fluvii interrogasse, ubi pugna conferta est. Et cum regionem Lalacaenam, Protantem vero locum valli, ac Gyren fluvium appellari audisset. Omnia (inquit) insausa, malum mihi pugnae eventum minata sunt. Dicebat enim Lalacaenam populi malum, Protanta vero cadentem, & Gyren circumfessionem hostium significare. *Cusp. A. D.*

MAGNENTIS tyrannus à Constantio Imp. in Lugdunensi provincia victus, se in proximum collem conjecit. Ibi cum videret milites suos fractis animis propè de salute desperasse, tribuna ascendens, verbis confirmare conatus est. Cui cum milites acclamare de more vellent, factum est ut imprudentes, ac que inviti Constantium Augustum pro Magnentio salutarine. Quo omne certus inde cecidit, & Lugduni manus sibi intulit. *Sigon. lib. 5. sup. occid.*

Tartaris anno Christi 1240. Poloniam vastantibus, & Silesiam, dux Uratislavæ Henricus Pius, cum exercitum Legnica contra Tartaros educeret, saxum grande è culmine templi Virginii Christi matri dicati ante pedes ejus decidit, ita ut patrum abfuerit, quin cum extingueret. Collatis signis tanta Christianorum cades edita, ut singulis singule auriculae à Tartaris præcisæ, novem ingentes fæccos explerint. *Cromer. lib. 8.*

ULADISLAUS Jagello Polonorum rex, victis Gronovaldensi prælio Cruciferis, Mariburgo atque adeo toti Prus-

sia imminerebat, eamque sine dubio cepisset, & Cruciferos extirpasset: cum malo usus consilio obidionem solvit. E. E. regius, qui dudum alacriter hinciens, terramque scalpens ungula addiderat, dum rex cum abiturus conscendit, subito exanimatus concidit. Tandem pacem cum Cruciferis victor iniiit, quam victus vix tolerare debuerat. *Crom. lib. 17.*

ULADISLAUS Ungaricæ rex, cum ab armigero ad Varnam mare cur, galea manu excidit. Equus sefforem regem ferre reculavit. Cæsus strage ingenti exercitus à Turcis, rex in palude suffocatus. *Cusp. A. D.*

CAROL V. Cæsar, exercitum in Galliam contra Francicum regem, ann. 1536. ducens, in Alpibus omen cepit ex sylvarum incendiis, quæ continenti flamma ardentibus facile pincis, non parvum numerum calonum, atque lixarum, mercatorumque, & mulierum præsertim castra sequentium turbam combulerat, concretatis multis impedimentis, & sarcinis, quibus milites, ne eodem igne corripentur, opem ferre nequeverant. Fuere enim tum, qui dicerent, his ignibus victoriam portendi, quod præluentes undique flammæ latitiam prænunderent. Alii à periculo ingressu insaufum belli successum, & iacturam impenduntur, uti postea evenit, significari contendebant. *Jovius. l. 35. Hist.*

Auguria.

CYRO regi, dum contra Scythas bellum pararet, in quo perit, hirundinum visio insaufam expeditionem portendit. *Alex. ab Alex. l. 5. c. 12.*

Palmanæm dicantur Athenienses Delphis, cum Minervæ signo aureis laminis incedo, duplicis victoriæ momentum, qua positi fuerant de Peris ad Eurymedontem, pedestri acie, & navali pugna prospere in ipso flumine commissa. Comparata autem ab Atheniensibus classe ad Siciliensem expeditionem, magnus corvorum numerus Delphos convolvit, irruentesque in illud signum, aurum rostris avulserunt. Hastam quoque, noctuas, & cariotas, quæ ad palmarum similitudinem ex auro factæ fuerant, iidem illi corvi abruperunt. *Paul. in Thobocis, & Plut. in Nicias, ex Chirodemo.*

C. HOSTILIUS MANCINUS consul in Hispaniam iturus, cum Lanuvii sacrificio facere vellet, pulli cavea emissi in proximam sylvam fugerunt: summaque diligentia quasiti, repertique revertunt. *Val. l. 1. c. 6.*

Cn. POMPEJO apes fox examine ante pugnam Pharfalicam in ara insidentes, & ad naves volantes, cladem perniciosam prænotarunt. *Ibid.*

Navis Cleopatraræ regia in expeditione M. Antonii contra Octavium Antoniam appellata fuit. Offentum in ea mirum accidit. Hirundines nidulæ fuerant sub puppi. Aliæ verò involantes & hæxegerunt, & pullos perdidit. *Plut. in Antonio.*

P. VOLDMINIUS, vir sapientia studiis deditus, & M. Bruti arma ab initio secutus, ante secundum prælium Philippis commissum, oblectam apibus primam aquilam fuisse, & cuidam ordinum ductori brachium unguentum rosaceum exudasse, neque cum crebro detergerent id & eximerent, quicquam profectum. Sub conflictum duas aquilas medio inter utramque aciem spatio concurrentes dimicasse, atque incredibile silentium campum occupavisse, omnibus eas spectantibus, pullam fuisse, & fugisse eam, quæ à parte fuerat Bruti. Celebratum verò fuit de Æthiopo, qui porta patefacta aquilitero occurrens, gladiis à militibus est in omen id H vertentibus concussus. M. Bruti, & Cassii milites cum Sardes egredierentur, ad prima signa simul dux aquilæ magno impetu delatae sunt. Hæ secuta & comitata sunt agmen, atque à militibus Philippis usque alitæ. Ibi pridie quam configaretur, avolaverunt. *Plut. in Bruto, & Val. Max. lib. 1. cap. 4. Appian. lib. 4. Bell. civil. In campis Philippicis supra Bruti, & Cassii castra aves carnivora confecta quotidie frequentes sunt: & apum examina glomerata, quodam loco intra vallum visa: quem locum aruspices excluderunt expianda gratia religionis, quæ sensim etiam Cassium ex Epicuri præceptis transersum rapiet, militum certè animos profusus obstrinxerat. Unde signis erat ad decernendum presentis acie: sed auctor erat ducendi belli, cum essent à pecunia firmi, armorum & militum numero deficerent. *Plut. in Bruto.**

Antequam Bulgari iterum in Illyricum irrumperent, stella cimita fulsit: & corvi ante, & post Romanorum exercitum volitan-

volitantes, cladem exercitui, quæ subsequuta est, prænunderant. *Zonaras. tom. 3. sub Anastasio.*

ROMAN. DIOGENES Imp. cum vix è portu solvisset columba ad nigredinem inclinans, tritemem ejus circumvolavit, nec circa illam alas agitare desistit, donec manibus comprehensam Imperatrici Eudoxiæ misit. Sed & Imperatorum tabernaculum signo, quo in medio fulcitur, sponte confictaco concidit. Quæ omnia omnia erant inauspicata contra Turcos expeditionis in orientem. *Zonaras.*

Est insula Sapientia appellata ad Peloponnesum, è regione Methones urbis posita, portu celebris, in quem Nicolaus Pifanus, rei maritimæ Venetorum Imp. sese cum universa tritum, & triginta longarum navium classē receperat, Genuesem hostem paulò ante à se in fugam versum, memorabilique cladem affectum exceperunt: nunquam tantum ausurum ratus, ut ad se propius accederet. Sed (ut sunt Ligurum ingenia in ultionem propensiora) magno sanè animo, noctu vigiliis oppressis, quo portus ostium observabat, in reliquam classem adeo præcepit, improvisoque ruit, ut & Nicolaum ipsum cum quinque milibus Aurius Genuesis Imp. abduxerit. Quam cladem corvorum vis ingens in caelo pugnantium prænunderat. *B* creditur, qui suo sanguine Venetam classem respererint. Ad quod prodigium accersit, remigem in mare lapsam, dum in alteram tritemem transire parat, à marina bellua statim devoratum. *Egnatius lib. 1. cap. 5. & Fulg. l. 1. cap. 4. & Sab. lib. 9. c. 7.*

Ante id prælium, quo Corbred. II. Scotorum rex à Petilio Cereali legato Vespasiani magna strage victus est, aquila diem penè totum expansis alis supra exercitum laboriosissime volitavit. Id multis incussit terrorem: sese eo prodigio interpretantis Romanis, quibus aquila insigne, dedendos: Galdus rex bene omnibus sperandum acclamavit: fore interpretatus, ut ea expeditio, Romanis multum laboris, & anxietatis esset allatura. Visus est armatus miles per aera volitans, qui ubi circumvolasset exercitum, subito disparuit. Cecidere & varia avium genera, è proximo caelo, multis obducto nubibus, cruore asperata: campis iis, quibus exercitus erat ducendus. *H. Boetius l. 2.*

Ante prælium illud, in quo Arthurus, & Britannicæ, & Medredus Pictorum reges cum maxima nobilitatis parte occidere, monedulas, parras, ac comicum ingentem numerum cum corvis haud multo minori numero in Gualia dimicasse, secum tamque avium cadem, quantam nulla prior atas audiverat, tradunt. *H. Boetius l. 2.*

Eo prælio, quo Valdemarus Suenoni III. Danorum regi vitam, & regnum eripuit, Valdemari exercitum tam crebri corvorum greges intervolsse produnt, ut complures ferè erectis militum hastis feriendis obicerent. *Sax. lib. 14.*

In Gallia Belgica non longè ab urbe Leodio, nidum sive in arbore, sive in rupo falco sibi paraverat, ovaque fovens pullos avidus expectabat. Hunc corvi loco deturbare, ovis ejus effracts, ac voratis. Spectaverunt id è proximo bubulicæ, fugientemque trepidum falconem annotare. Postridie (mirabile dictu) falcones, corvique, quasi ex toto orbe ad pugnam vocati, isti septentrionalem, illi meridionalem partem tenentes ordinatis aciebus, & tanquam ratione capaces essent, alii, qui cornua observarent, alii, qui media ducerent agmina dispositis, atrox, ac ferocissimum prælium in aere commiserunt. In quo cum modò corvi, modò falcones eederent, & iterum resumptis viribus certamen instaurarent, totus undique spectus ager & pennis, & cadaveribus oblectus edidit. Ad extremum victoria penes falcones fuit, qui non solum rostris, sed etiam unguibus acerrimè decerant, corvos omnes ad intermedionem delere. Exim parvo tempore interfecto, cum duo de Leodiensibus Ecclesiæ contendentibus, alter à Gregorio XIII. alter à Benedicto XII. in Episcopum electus, ambo cum copiis in eundem locum pugnaturi venerunt: Joannes dux Burgundia alterum armis juvit, alterum Leodiensibus populus sequebatur. Pugnatum est collatis signis summa utrinque contentione, horrendum, cruentumque prælium factum. In quo tandem victor Joannes dux triginta milia hostium caecidit. *Æn. Sylv. c. 53. Europæ.*

Eam pugnam, qua Ferdinandus Neapolitan. rex à Joanne Renati Andegavensis F. Gallo ad Sarnum urbem loco in quo ingenti clade victus est, prodigia præcessere. Pridie enim quam pugnatum est, toto ferme die corvorum greges prætorium Ferdinandi obvolitaver, ac proximis arboribus cum strepitu infedere. Rex ipse prætorium egressus equo regentè concidit. Diversis locis alibi sanguine, alibi oblitus

cinere guttis pluit, quæ olerum foliis infedere. *Pontanus l. 1. Neapolitani belli.*

Bello Neapolitano inter Aragonios, & Andegavenses flagrante, in campis, qui Beneventum, Apicumque interiacent, scædam certamen inter corvos, milvosque exortum est, sive ostentum illud fuerit, prognosticumque futura ad Trojam pugna, seu naturalis contentio, quod multitudine locustarum iis in campis eo autumno prognatarum, quibus alites ipsi vescantur, pugnatum sit ob passus cupiditatem. Primò igitur è certamine (nam bis pugnatum est) quod milvii acrioribus, magisque calcatis armati essent unguibus, alisque uterentur patentionibus, paucis post diebus, tanquam imploratis aliunde auxiliis, rediere densiore agmine generis sui volucrum. Quod idem factitatum à milvis. Cepta igitur acrim in aere pugna, corvi sensim quasi imo consilio, atque hac usi, intra vineta subsidere, stantisque, aut super vitibus jam defondibus, aut super edioribus ramis, truncos eminentioribus, rostra subrigebant, ingruentesque alis, atque unguibus milvos suffodiebant rostris, quasi pugionibus. Itaque cerere erat cadentes passim, atque exenteratos milvos, singulorumque ad casum conclamare corvos, F crocitatuque significare victoriam, & tanquam cohortari aciem cantu, atque excire pugnantes. Quo pugnae genere cum certatum esset diutius, plenis tandem cadentium milvorum campis, ipsi tanquam in insidias delatos se intelligentes, pugnam deseruere, confessi volatu fugam, atque alii hostis super stragem volitantes victoriam. Hic verò elatus victoria corvus, atque in eadem versus, in stratos humi milvis se-vire, iramque, ac rabiem exercere, conficere rostrum femineces, atque è mortuorum, aut capitibus cerberum eruere, aut hansta è visceribus intestina trahere unguibus, carpere præcordia, ac discindere aëras rostris, demum nihil ira reliquam facere, nihil non permittere rabiei. Atque ex hoc certamine, victos plures dies, perinde, ac direptis hostium castris, liber lætisque passim ferebatur. Nec multò post Ferdinandum rex Joannem Andegavensem, & Nicolaum Picinimum ad Trojam Apulizæ magno prælio superavit, anno 1461. *Pontanus lib. 3. & 4.*

Prodigia, Offenta.

Philisthæis ad Masphaton in acie stantibus, laceffentibusque Judæos, ac convitio insectantibus, quod metu, & ignavia in edito se tenerent: ex improvviso horrendè mota est terra, subseditque in patentem hiatum: procella ingens secuta curvatorum turbine, tanta vi aciem afflixit, ut Philisthæi violenter rotati, attoniti, atque armis exuti, passim ut inertia pecora sint à Judæis occisione occisi. *Sab. l. 9. cap. 7.*

Paulò ante Leutricam cladem Spartanorum magni in Peloponneso terræmotus, ac regionis, urbiumque inundationes incredibiles factæ sunt: qualia mala omnibus superioribus seculis nunquam Græciæ civitatibus acciderunt, ut unà cum hominibus urbes funditis abolerentur. Auxit verò mali hujus magnitudinem ipsum quoque tempus: non enim diurno tempore terræmotus fiebant, quando succurrere sibi periclitantes possissent, sed noctu clade ea accidente, domus à terræmotus magnitudine disiectæ super se invicem ruebant. Homines autem partim propter tenebras, partim improvitum, & subitum malum, & evadendi viam quærere sibi non poterant. Unde quamplurimi adificiorum ruina præventi, perierunt: quibusdam verò exorto ditulit, extrà domos exilientibus, ac sibiipsis, quod periculum illud H effugissent, congratulantibus, multo major, ac incredibilior calamitas postea accidit: mari enim vehementer concitata, altoque fluctu exundante, omnes unà cum domibus absorpti perierunt. Factum est autem malum hoc in dubio Achajæ urbis, unà Helicæ, altera Bura: quarum Helicæ quidem ante terræmotum habitata est omnium Achajæ urbium celeberrima. *Diod. lib. 15.*

Ante eandem Lyfandri stacum, quæ Delphis stabat, in capite corona subita extitit ex asperis herbis, & agrestibus, quæ faciem ejus tegerent: stellæque autææ (quæ Delphis erant à Lacedæmonis positæ, post navalem victoriam ad Ægos flumen, qua Athenienses conciderunt, & Castor, & Pollux cum Lacedæmoniorum classe vix dicebantur) decidit, neque repetæ sunt. *Cic. l. 1. de Divin. & Plut. libro. Cur Pythia versus facere desierit.*

Quo tempore Lyfander Spartanus Athenienses ad Ægos flumen vicit, & classe exiit, decidit caelo, ut multorum fert opinio,

opinio, ad Ægos fluvium ingens lapis, qui hodie quoque ostenditur, & habetur apud Cherfonticas magna in veneratione. Anaxagoram prænucciasse perhibent, in cluorium celo corporum lubrica aliqua iactatione, aut fluctuatione uno abruptum præcepit delapsurum. Suffragatur Anaxagora Damachus: qui in libris de Religione scribit, prius quam hic lapis defuere, visum continuos quinque, & septuaginta dies eximia magnitudinis corpus in celo instat flammæ nobis igneum: non torpidum illud quidem, sed hoc illuc identidem agitatum: ut fluctuatione, iactationeque avulsa fragmenta ignita in diversas rapta partes fuerint, & micuerint, traiectionis stellarum modo. Postquam eo loci delatus est, & remoto pavore concurrerunt incolæ: nullum ignis indicium nec tam grande vestigium deprehensum est, tantum lapis jacebat ingens ille quidem, sed ambitus illius flammæ partem retinebat ferme nullam. *Plut. in Lysandro.*

CLEOMENI Spartanorum regi post Argos superatos ajunt Apud Junonis templo litanti, effluxisse flammam e pectore simulacri: signo non obscuro, cum non esse Argos expugnaturum. Si enim e capite simulacri flamma exiisset, fore ut urbem ab arce caperet. Cum verò e pectoribus fulgur exiit, id omne fuisse confectum, quod Deus confici voluisset. *Herod. lib. 6.*

In exercitu Xerxis, quem adversus Græciam contraxerat, equæ parvuleporem editum constat. Quo genere monstri, tanti apparatus significatus est eventus. Nam qui mare elassibus, terram pedestri operuit exercitu, ut fugax animal, pavido regressu regnum suum repetere est coactus. *Valerius Maximus libro 1. capite 6. & Herodotus libro 7.* Eodem montem Athon juxta Idam transgresso, prius quam Athenas deleteret, Lacedæmonis invadendæ consilium agitant, inter cenam insulam patet, vinum in sanguinem, nec semel, sed iterum, & tertio conversum est. Qua de re consulti magi, monuerunt, ut se ab incepto proposito abstineret: & si quod vestigium in vacordi pectore sensus fuisset, cavere potuit, ante de Leonida, & Spartanis abunde monitus. *Valerius libro 1. capite 6.* Eodem tempore Sardis mula mulum peperit, utriusque flexus genitalia habentem, sed maris superiora. Cum Græcis congressus, turpi fuga vix elapsus est. *Herodotus libro 7.* Eodem per Crestonæz iter faciente, leones impetum dederunt in camelos, qui comæteum portabant. Sub noctem in præliis locis confectus, eò descenderunt, nulloque alio neque jumento, neque homine tacto, in camelos grassati sunt: non obscuro indicio infelicis pugne. Alioquin enim leones, quoties aliunde eis est, quò indigent, abstinere ab invadendis camelis, quod animal nunquam antea nec experti fuerant illic, nec viderant. Cum illius exercitus ad Ilium pervenisset, sub Ida castris positus, tonitrua, & fulgura multos peremerunt. Noctu quoque cum Xerxes pridie mille boves Minervæ illiadi immolasset, & heroidibus parentasset, panicus terror exercitum invasit: non obscuro prodigio futuræ cladis. E Sardibus Abydum versus moventi sol suam in celo sedem relinquent, apparere desit, cum nulla nubes, verum circerrimus aer esset: & prodie extitit. Magi consulti responderunt, deum significare Græcis civitatum defectionem: solem enim Græcorum, lunam Persarum esse præsidem. Sed contrarium verum fuisse, eventus ostendit. *Herodotus libro 7.*

Quo tempore victi ad Cranona Græci fuere ab Antipatro, & Atheniensibus Macedonum præsidium accepere, quo die Jacchum ex urbe Eleusina deducunt, fasciæ, quibus mysticos lectos redimunt, tinctæ colore reteruntur pro punitivo pallidum, & luridum: & quod miraculum faciebat, privata omnia, quæ una fuerunt insecta, colorem convenienter accepere. Myrtam porcellum lavantem cæcis in liquido portu corripuit, imasque corporis partes ad ventrem usque devoravit. portendentem illis clarè deo, spoliatis parte urbis ima Munychia, & mari adiecta, supernam servaturos. *Plut. in Phocione.*

Per clades Atheniensium Siculas aureæ palmæ Delphis positæ glandes defluerunt, & Minervæ clypeum corvi attonderunt. *Plut. de Pythia orac.*

C. FLAMINIO Cof. antè quàm ad Trasimenum ab Hannibale cæsus est, sacrificanti, vitulus, qui multos cruore asperfit, omen magni terroris fecit. *Alexander lib. 5. capite 13.*

C. HOSTILIUS MANCINUS consul ad Numantinum bellum profectus, cum Genuæ scapham conscenderet, anguis

invisitata magnitudinis conspectus, ei infelicem pugnam præsignificavit. *Val. Max. l. 5. c. 6.*

Ut cum exercitu Annibal in Italiam irrupit, victorque primùm ad Trebiam flumen per Heruriam populabundus agmen duxit, prodigia parum solita Romanis fulgura, partim nova, fœdæque admodum visum nunciata. Scuta enim sanguinem sua sponte erodebant fundasse, cruentas Antei spicas demessas, lapides ignitos, ardentemque celo decidisse, cum eorum supra Falernis fissum videretur, passimque diffectas fuisse frequentes sortes, in una scriptum ad verbum apparuisse, Mavors arma sua conceffuit. *Plutarchus in Fabio.*

Mures atrosi Laviniæ clypeis argenteis, bellum portendere Marficum. *Plin. l. 8. c. 57.*

Ad Pydam congressurus erat cum Perseo L. Paulus Æmilius. Cum jam nocte à cœna corpora somno, & quieti daret vellent, ecce luna plena orbe, & sublimis obscurata est, fugienteque lumine in varios verit colores. Hic dum condita est, cum Romani de more æris crepitum lumen æris revocarent, frequentemque flammam tædis fabricas ad celum porrigerent, longè diversa egerunt Macedones, quorum castra horror, stuporque tenuit, rumorque sensim est per castra vulgatus, portendere hoc regni occasum. Paulus verò, qui tyro non erat, neque rudis inæqualitatem eclipticæ, oppidò religiosus tamen, & auguriorum peritus, ut primùm renitefcere conspexit lunam, immolavit ei undecim juvenecas. *Plut. in Emilio.*

Ap. CLAUDIO, & M. PERPENNA Cof. Crassius adversus Aristonicum dimicans occisus est. Apollinis simulacrum lacrymavit per quadrimum. Vates portendunt, Græciæ fore exitium, unde deducum esset. Sacrificatum tum à Romanis, doneque in templo posita. *Julius Obsequens.*

Ferro pluit in Lucanis, anno, antèquam M. Crassus à Parthis interemptus est: omneque cum eo Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat: effigies, quæ pluserat, spongiam ferè similis fuit. Aruspices cavenda præmonuerunt superna vulnere. *Plinius libro 2. capite 56.* Mox traducente exercitum juxta Zeugma Crasso, crebra cæruerunt, & atrocia tonitrua: frequenter fulmina ex adverso exercitui emicuerunt: ventus cum atra nube, & pretere procellosus in pontem ejus temporarium incumbens, magna ex parte convulsit, & dirupit eum. Locustæ, ubi metaturus erat castra, bis est de celo tactus. Equus ex prætoris insigniter exornatus, ablati vi rectore in flumine submeris, atque ex oculis est ablati. Dicitur prima aquila, cum sublaata esset, retrò conversa fuisse. *Plutarchus in Crasso.*

CN. POMPEJO Dyrrachii contra Cæsarem profecturo adversa ejus agmina fulmina incidunt. In Elide simulacrum Victoriæ, quod in templo Minervæ fuit, à janua aversum, eo die quo dimicatum est, sua sponte ad valvas se convertit. Antiochia in Syria, & Ptolemaide bis eodem die tantus est clamor circa urbem auditus, ut cum armis sit populariter in muros discursus. Pergami in templo tympana exaudita sunt. *Valerius libro 1. capite 6. & Sabellicus libro 7. Ann. 6.*

Judæi anno 17. Hadriani, duce Barcochaba rebellantes, à Julio Severo Hadriani legato victi, extremam sunt cladem passi, cæsi, per totum terrarum orbem venditi. Urbis nomen Imp. mutavit, & Æliam Capitolinam appellavit. Auditor Dion est, extremam eam cladem præcelsis infusitata prodigia. Sepulchrum Salomonis, quod in summo cultu Hierosolymis, & reverentia Judæi habuere, sponte, & nullo impenitente corrupti: lupi, ac hyæne in urbes ultrò ingressæ, ulularibus mala imminente denunciantur.

JULIANO Apostata contra Persas movente, Constanti-nopolis sævo terramotu quassata fuit. Quæ res licet infusitata aliena invadenti diceretur, ipsam tamen à propostis expeditione non avocavit. *Signo libro 6. Imp. occid.* Jam victis ad Ctesiphontem levi prælio Persis, cum Marti ob victoriam sacrificatum esset, e decem tauris ultrò antequam ad aras pervenerint novem extincti sunt, decimus fractis funibus vix captus, & deductus est ad sacrificium. Fame exercitus consumptus, Imperator occisus: pax fœda, & turpis, proditis civitatibus, quæ nunquam juri Persarum cesserant. *Marcellinus.*

Anno Constantii decimo, Domini verò 350. sol defecit: denuncians sequenturam cladem, quam Romani à Persis acceperunt. *Hier. in Chron.*

Anno Domini 778. pridie Kal. Febr. sol circa meridiem defecit,

defecit, eua triduo antè luna idem esset passa. Eracias eadem nocte apparuerunt. Visa est & Mercurii stella, 16. Kal. April. in medio sole, velut macula quadam nigra. Hæc prodigia Francorum in Hispanis fustant victoriam significasse videntur. *Sab. Ann. 8. l. 8.*

Multa prodigia Catalaunici in Attilam Hunnorum regem, & Romanos, prælii atrocitatem prænucciant. Luna binam eo anno passa est ecliptim: plurimæ urbes repente terræmotu corruerunt: celum cruento hiatu apertum, mutuis hastis ignitis id oblique scendentibus: visus propterea cometes aliquot noctibus radios suos Occidentem versus porrigen. Quibus ostentis multi mortales terrebantur. *Nicolaus Olaus cap. 6. in Attila.*

Anno 409. quo secundum in Italiam Alaricus Gothus irruit, terra per septem dies mugitum ingentem dedit, ut Marcellinus memoriæ prodidit. Quæ res nihil aliud prænucciasse mortalibus, nisi novam Gothorum in Italiam irruptionem est visa: qua populata, vastataque Italia, Roma direpta, atque incensa est. Quod factum omnibus, cellissimum urbis fastidium contemplantibus, novitate, ac magnitudine sua pro memorando esse prodigio debuit: Etenim quid mirabilius esse, ac propè portentosius potuit, quam urbem eam, quæ annos amplius oftingentes, post cladem à Gallis acceptam non solum ab omni hostili intacta calamitate fuisset, sed etiam omnium gentium victrix, dominaque steterit, repente barbaris, longo à se terrarum, cœlique spatio difunctissimis, in eam necessitate adductam esse, ut non solum ipsa de suo capite dimicaret, sed univerfas etiam provincias sibi timere, ac de propria incoluntitate coegerit? *Signo. libro. 10. Imp. occid.*

Anno 1024. Sol insigni se, ac mirabili obscuritate infestum Italici in festo Apostolorum ostendens, insignem Lombardorum cladem, quæ propter defectionem illis à Conrado Imperat. illata est, portendit. *Item reg. Ital. libro 8.*

ROMANO DIOGENE Imper. contra Azanem Sultanum, à quo captus est, expeditionem suscipiente, navimque confedente, signo, in quo medio statum cernitur imperatorum tentorium, sua sponte contracto, decidit prætorium. In continentem progressus, cum crebrò inter domunculas contubernium statuisset, ignis æas corripuit, ut flagrantem proflus: ipseque, & equi semiambuli protracti sunt è prætorio, tum etiam frenæ, tum vehicula. *Cuspinianus. A. D.*

Tempore Romani Argynropoli Imp. in Thracensi provincia apud radices montis Cuzenæ vox quædam exaudita est miserabilis, ejulatus, & lamentis permixta: neque hoc semel, aut iterum, sed noctes diesque continuo à mense Martio usque ad Junium. Cùmque nonnulli accessissent speculatum locum, unde vox excedebat, aliò ejulatus sit transierunt. Præmonstrabat autem, cladem Romanorum in Cælestyria acceptam. *Cædrenus.*

Anno Christi 979. flagrantem in celo visæ sunt acies, ac mutuis se vulneribus conficientes: juxta Siebertum, & Urspergensum. Quæ res infelix illud Othonis II. Imperatoris cum Græcorum exercitu significavit bellum, ubi ipse cæsis copiis, fuga suæ salutis consulere coactus fuit.

Paulo antè quàm Caradæus Scythorum rex cum Romanis confingeret, acieque victus in hostium potestatem veniret, equestris pugna mediis in campis acerrima conspecta, repente evanuit. *H. Boeth. l. 3.*

VESPASIANUS subacta Britannia, Cameloduni, quæ Pictorum regia erat, templum Claudio Cæsari cum statua ejus, & Victoriæ simulacro exerexit. Defectione Britannorum sub Nerone, statua Cæsaris è fastigio corruens, in minuta frusta contracta, Victoriæ quoque simulacrum veluti cedens hostibus supinum concidit. Consulit aruspices, tetram cladem Romanis imminere responderunt. Oceanus item cruentus fluxit, & humanorum cadaverum formæ in litore sunt conspectæ. *H. Boeth. l. 4.*

Multa, & varia prodigia facta in Albione, paulò antequam Corbredus Galdus Scotorum rex cum Jul. Agricola, Domitiani legato, cruenta manu conflixit. Ignitas acies (Cyparissas vocant) per aeram discursisse. Magnam Calidonix partem visam noctu incensam, interdiu autem ab igne intactam. Navium speciem in celo apparuisse. In Atholia pluisse lapidibus, in Horelia ingentem ranarum multitudinem in pluviam formam è summo aere decidisse. Natum Tulinz Hermaphroditum, monstrum aspectu undequaque sædum, idque ne hominum offenderet oculos, illicò necatum. *Ibid.*

Prodigia plurima in variis Albionis oris, præfquam Britones à Scotis, ac Pictis subacti fuerit, conspecta sunt. Luna Efoli ad versa in quadam arbore: & Eboraci sanguineo pluit imbri, & multis in locis arbores de celo tactæ, aruere in ramis, foliisque: & forum Londini ingenti paruit hiatu, ædefque haud paucæ in profundum sunt absorptæ. *Idem libro 7.*

Antè funestum certamen, quo Arthurus Britannorum rex à Pictis, atque Scotis cæsus est, cruentæ herbæ in Eboracensi agro per plures dies duravere. Prope Camelodunum biceps vitulus natus. Sol medio die cruentatus apparuit: cœlum dies duos continuos stellis fulsit. *Item l. 9.*

Quo anno Picti ad internecionem delitescunt à Scotis, lituus Episcopi, sacra Cameloduni, quæ Pictorum regia erat, facientis, repente arsit, ut nulla ratione extingui poterit. Cometes duo, autumno unus Solem antecedens, verè sequenti alter Solem sequebatur. Acies igneæ celo concurrere, ac subito altera prolifigata evanescebant. Sereno, medioque die tantus armorum egorunumque, ac pugnantium strepitus in agris exauditus est, ut plurimos agricolas utriusque gentis exterruerit. *H. Boeth.*

Anno 874. quo Constantinus Scotorum rex à Danis occisus est, pisces in Forthea Scotia æstuario, ingenti multitudine humana propè effigie super mare media parte erec-ta natarunt. His pellucida nigra cervicem, rotundum caput à fœcipulis instar tegminis cooperuit. Ipsi rotummat incantati (nostri Balsantes vocant) dirum infortunium quoties videntur, vulgi existimatione, mortalibus portendunt. *Item lib. 10.*

Septennio antè quàm Constantinus Scotorum rex Danis junctus, magno prælio ab Athelstano Anglorum rege ad Broningfeldum superatus est, nata sunt in Albione duo monstra, alterum inter Danos, Hermaphroditus homo, porcino capite, thorace supra, quam humanum esset prominente, ventre ohefo, pedibus prope anferis, cruribus autem humanis: scrofos undique, atque aspectu fœdus. In Northumbria alterum, cui flexus erat unus virilis, unaque ventre: pectora autem duo carinata, non ut hominis lata, brachia quatuor: biceps erat, apparebatque, quemadmodum supra umbilicum in duos thoraces scissum erat, duas voluntates contraria penè semper sentientes, in se habere: & per id diversos in monstro esse homines, quorum alter dormiebat, altero vigilante, verabatur alter cibum, petente altero, uterque nonnunquam alteri convitabatur: processumque quandoque in tantam contumeliam, ut mutuis verberibus, & unguibus se laniarent. Uno tandem longa valitudine confecto mortemque obeunte, alterum, cum extincti cada-veris fatorem ferre non posset, brevi mors est insequuta. Paulò antè confictum ex latere monticuli cuiusdam in Gallovidia sanguis erupit, perque dies septem fluxit, & Oceanum Hi-bernicum ad aliquot passuum millia cruentavit. *H. Boeth. libro 11.*

HENRICO IIX. Anglorum rege Galliam infestante, Jacobus Scotorum rex violato fœdere in Angliam irrupit. Cùmque de prælii ratione cum ducibus disputaret: lepus è prætorio profliens, mille petus telis, per mediam stationem intactus evasit, & infelicis pugne prodigium fecit. Siquidem Jacobus à Surrejo præfecto regni prælio victus, & occisus fuit. *Jovius l. 11. Hist.*

Cruciferorum cladem ad Uladislaw Jagellone Polonorum rege, quem vixdum provocarent, acceptam, in Prussia ostentum caestè portendit. Fertur enim à multis ex utroque exercitu per omne tempus prælii conspectus esse in ære viri venerandus, Pontificali habitu, dimicantes Polonos confirmans, hostibus verò terrorem incutiens. Atque is D. Stanislaus Episcop. Cracoviensis fuisse existimatur. Quin & nocte præcedenti prælium, monachus circa lunam visus fuit cum rege aliquandiu depugnasse: & ad extremum monachum victum, ac celo deturbatum fuisse. *Cromerus libro 16.*

Varmensem cladem Christianorum, in qua Uladislaus Hungariæ rex, Julianus Cæsarius Cardinalis, multi Episc. ab Amurathe II. Turcarum Imp. cæsi sunt, non obscuro præcessit prodigium. Nam cum acies instructæ starent, Bulgariam terræmotus invalit magnus, & impetus ventorum pleraque dejecit vexilla. *Ch. p. A. D.*

Anno Salutis 1147. Conrado III. Imper. expeditionem in terram Sanctam suscipiente cum principibus confederatis, dira prodigia sunt conspecta, quibus varia belli incommoda denunciabantur. Nam vespere quadam nebula densissima cooperuit

cooperuit castra: & universa papilionum tegmina, quae sub A dio fuerant, ita sanguine asperfa comparuere, ac si sanguine pluuisset. Paulo post in montis supercilio tonitruum fragorem, & tempestatis sonitum exaudire. Deinde circa noctis medium torrens auditor erumpens, quicquid vallis humile continuit, temporis momento abreptum in mare auexit. Continuator Sigebertus Hemold. Culpianus A.D. Annales Nicetae.

Cum Carolus Burgundiorum dux Geldrensem cepit urbem, incensa humo, nulla conspecta flamma, herbarum, arborumque radices comburentur: atque ab ea regione penae in Burgundiam usque malum illud penetravit: neque remedia populi ad id fati inueniebant, etsi ingentibus fossis incendio praecidere viam virefque conententur. Fulgofus libro 1. capite 4.

Ea nocte, quae Tarrensem pugnam inter Galliae regem Carolum IIX. & Venetas, Sforianasque consideratas copias antecessit, nimbi maximi cum fulguribus, tonitruis, frequentibusque, & horribilibus fulminibus repente ingenti cum fragore exortis sunt. His Galli magis, quam Itali territi non modo, quod montibus, atque hostibus sepi, coque locessent, ut si quid aduersi eis accideret, spes nulla salutis reliqua esset: verum etiam quia xviii milibus videbatur, eas eccli minas non nisi ob res magnas apparere solitas eam positus partem innuere, ubi tanta maiestatis potentiaeque rex verferetur. Praelio commisso Galli etsi non expresse victores, reditum tamen in Galliam vel inuisit Italiam sibi pararunt. Guicciardinus lib. 2.

Veneri, ubi caesus cum rege Francia Ludovico XII. contra Ludovicum Mediolanensem ictum ab legatis intellexerunt, factis in ade Marcia solenni ritu factis, foro apparatusimo verba caederis in vulgus pronuntiarum pro suggestu voluerunt. Ea dum pronuntiantur, ventus coortus vexillum reip. templi turculis implicuit, vexilli parte abscissa, quod quidem postea ex eventu rerum portenti loco civitas habuit. Bombus 1. 4. Hist. Venetae.

Othomaniz familiae calamitates, quae circa annum Christi m. d. ab Ismaele Sopho Perfarum rege perpessa est, terram ingens, quo memnia Constantinopoli majori ex parte colapsa sunt, praesignificavit. Jov. in Bajazete II.

Anno Domini mxx. ceciderunt e caelo lapides circiter m. cc. in agrum fluvio Abduz conterminum. Ex his unus exx. pondo, alius sexaginta pendit. Delati fuerunt ad Gallorum Satrapas pro miraculo pluitim, colore ferrugineo, duritie eximia, odore sulphureo: praecesserat in caelo ignis ingens hora tertia, decidentium lapidum strepitus hora quinta exauditus: ut mirum sit horis duabus tantam molem in aere sustineri potuisse. Intra viginti menses pulsi Galli. Triennio post reversi, iterum pulsi Mediolanum, in cuius finibus ceciderant lapides, vestigalibus, incendio, fame, obfidione, peste nunquam alias vexatum gravius. Cardan. de rer. variet. 1. 1. c. 74.

Anno mxxix. Mediolanensis arx mense Junio disiecta fulmine est, exiit. homines neci, portarum vestes fracti, aut flexi, quamquam maximi: quingentis etiam passibus ab ea distantes ceciderunt homines in urbe, qui tum erecti stabant. Pulsi sunt Galli mense octobri proximo. Card. de rer. var. 1. 1. c. 70.

Somnia.

Xerxes Darii F. Perfarum rex, bellum Graecis illaturus D erat. Artabanus Hyrtaspis F. Xerxis patris, vehementer obstitit. Xerxes quamvis tomachabundus, tamen Artabano parere propulerat. Verum urgentibus fati, bis idem habuit somnium. Heroica specie virum vidit, objurgantem se, quod Graeciae bellum inferre differret. Re cum Artabano communicata, Artabanum regis vestibus indutum, in regio folio somnum capere coegit. Artabano quoque eadem species ob oculos versata est. Itaque non minore studio, quam antea obstitit, Xerxes ad Graeciae bellum inflammavit, nimirum sic urgente malo Xerxis fato, ut insolentissimus rex suae temeritatis, & superbiae pignas daret. Idem visus est sibi in somnia furculo oleagineo coronatus esse, cuius olea ramis universa tellus obambretur: & mox corona capiti circumdata evanuit. Clarus, & certius hoc somnium priore. Totum orbem bellico apparatu terruerat Xerxes, & de Graecis jam triumphum egisse videbatur, capitis Athenis: cum Themistocles solertia fractus, turpi fuga vitae suae consulere fuit coactus. Herod. 1. 7.

Ad Arginufas Spartani duce Callieratida navali praelio cum Atheniensibus pugnatum erant, vatibus utrinque distu- dentibus. Lacedaemonis enim caput in litore jacens disparuit, aestu fluctus haustum. Hoc omne portendi pratorum classis eo certamine peritum, nuntiarum auripices. Quo audito, ferunt, Callieratidam respondisse, Nihil Spartanae dignitati, si pugnando caderet, se detracturum. Thra- sibilu vero Atheniensis, qui tum prator classem ducebat, cuique ea die fumina imperii pro forte obvenerat, per noctem somnium hujusmodi apparuit. Videbatur sibi, una cum sex aliis pratoribus, Athenis in teatro frequenti tragediam Euripidis agere, cum Phamiis titulus inferibatur. Adversarius vero tragediam, cui nomen est Supplices, agentibus, visum esse, Cadmeam victoriam illis obtigisse, cunctosque interisse, duces imitando, qui ad oppugnandas Thebas castra posuerant. His auditis, vates ad coniectandum accitus, ita est interpretatus, Septem duces eo praelio castrum. Ac facris aliquum victoriam palam spondentibus, jubet duces, uti collegis suis solis de interitu cuique nuntietur, victoriam vero ex ipsis facris portentam per universum divulgent exercitum. Pugna commissa, Callieratidas aliquot ante hostium navibus oppressis, occupavit: victoria penes Atheniensis mansit, xv. navibus desideratis, hostium lxxvii. depressis. Utrique navibus paulo minus quadringentis pugnatum idque praelium omnium maximum memoratur, quod quidem unquam Graeci cum Graecis decerant. Diod. 1. 13.

Pyrrho, Epirotorum regi, Spartam obsidenti tale somnium est oblatum. Videbatur ei Lacedaemon fulmine ab ipso ista inflammari tota, atque ipse inde exulare. Laetitia excitatus imperat ducibus, ut milites habeant instructos, somniumque exponit amicis, quasi urbem esset expugnaturus. Cui cum alii mirifice assentirentur, non placuit Lyfimocho visum: veteri aut se, ne ut loca, quae flumina afflatur, manent inaccessa: ita Pyrrho deus non ingressurum significaret eum urbem. Huic ubi Pyrrhus respondit, Meras esse praestigias, atque incertitudinis plenas: illud vero in manibus arma tenentem fuit quaeque publicere debere.

Optimum id augurium pro Pyrrho exponere vitam. Primo diluculo urbem aggredietur. Sed impigre, & supra vires se defendentibus Lacedaemonis, obsidionem solvere coactus fuit. Plut. in Pyrrho.

Ante pugnam illam, qua Antigonis vitam, Demetrius F. regnum amisit, Demetrio visus est Alexander secundum quietem eximie armatus ab eo percontari, Quodnam signum pugnae daturus essent: ubi respondit Demetrius, Jovem, & victoriam: Ab eo ergo, diceret ille, ad hostes tuos: illi enim recipientem me. Plut. in Demetrio.

Cn. Pompejus Mithridatem regem ad Euphratem affectus noctu cecidit. Quo tempore fama fertur vidisse Mithridatem in somnis specie, quae futura ei prannunciaret. Videbatur sibi in mari Pontico secundo navigare vento, Bosphorumque jam prospicere, & comiter una vectos affari, ut qui certa, & indubitata incolumitate gauderet: verum repente ab omnibus se reperisse desertum, ac fragmento exiguo navigii jactari. His occupatum motibus, & imaginibus assistentes amici excitaverunt, Pompejum nuntiantes adesse. Pugna igitur pro vallo commissa, victus est. Longe plus decem millia cecidere, & castra capta sunt. Ipse Mithridates initio obtingentorum equitum concesso per Romanos erupit. Mox ceteris dilapsis solus relictus cum tribus est: in quibus Hysierata visus pellex: quae semper quidem vitilis H audacia fuerat (quae Hysieratam eam rex appellabat) tunc vero veste amicta virili Persica, & equo vecta, nec corpore ex fugae prolixitate fatiscere visa est, nec curando regis corpore equo est fatigata: usque dum ad arcem Inora ventum est, ubi regia pecunia, & thesauri erant conculcata. Inde fumpite Mithridates vestes pretiosas, quae cum cultibus ad ipsum ex fuga distribuit. Praeterea lethale virus hostique amicorum ferendum secum dedit, ne quis in manus cuiusque veniret invitus. Inde in Arcmian ad Tigranem contendit. Quod ille cum ei indericret, ac centum talenta in caput eius pronunclaret, praeteritis Euphratis fontibus intendit per Colchidem fugam. Plut. in Pompejo.

Ante pugnam Pharfalicam nocte visum Cn. Pompejo est in somnis theatrum ingresso sibi populum plaudere, templumque se Veneris Vitricis multis spoliis exornare. Haec visio partim erexit eum, partim sollicitavit, non nihil metuendum, ne Caesaris familiae Venerem contingenti accederet ab se decus,

decus, & claritas: atque exciverant eum Panici quidam terrores ex somno. Quarta vigilia supra Caesaris castra, ubi omnia quietae erant, ingens effulsit lumen, ex eo fax accensa flamma in Pompeii est castra delata. Ipse se Caesar hoc, dum excubias circumiret, ait vidisse. Plutarchus in Pompejo.

CONSTANS II. Imper. Monothelitarum patonus, & orthodoxorum persecutor, cum Roman transferre imperii sedem studeret, ingressus iter, incidit in Saracenorum manus, quorum duxerat Mauvias: cum quibus infeliciter dimicans, vix fuga est elapsus. Narrat Paulus Diaconus, eum tunc temporis, antequam navale praelium iniretur, somnium habuisse, quasi apud Thesalonicensis degeret: idque ipsum interpretem somnium de amissione imperii intellexisse, quasi divinitus esset significatum, de add. v. 1. 1. regnum ab eo auferendum esse. Etsi autem hostium manus effugit, iudicium tamen Dei non potuit effugere. Nam in Siciliam reversus, a satellite quodam, dum saponem Gallico deliniretur, situla interficetur. Paul. Diacon. 1. 19.

MANUEL COMNENUS Imper. cum Sultano Iconii Clyzastiflani inferre bellum statuisset, in somnis sibi visus est, contulsi imperatoria nave, cum multis familiaribus, Propontidis oram legere: subito vero Europae, & Asia montes concidisse: fractaque nave, ceteris omnibus sublati, se vix manibus in litus enataste. Quo autem die periculosas illas vias ingressurus erat, homo quidam duarum linguarum peritus, natione Romanus, cognomento Mauroopolis, ei dixit: Se visum in somnis Cyri adit ingredi: & dum Genitricem Dei placaret, vocem ex ea editam audire, quae diceret: Nunc in summo discrimine versatur Imperator: & quis ei mox nomen opem ferret? Cum quidam ex obscuro dixisset, Abbat Theodoros: eo quoque repudiato, tandem moestam exclamasse, Neminem malum illi imminens praecavere posse. Nicetas 1. 6.

S. ULTRICUS Episc. Augustan. Arnolphum malum conjurantem contra Imperatorem monet, ut paci studeat. Vidisse enim in somnis eum, armatum quidem, sed ita ut gladius capulus deesset: quo significatum fuit, non gesturum ipsum gladium hoc esse, imperii dignitatem. H. Henningan. Genes.

EXCIDII IMPERII, REGNORUM, Regionum, Republicae mutationis

Revelatio.

DANIEL cum Suis in Mesopotamia esset, subito, & horrendo motu tertio in publico deprehensus, in faciem concidit. Mox coelesti voce iustus furgere, & caelum intueri: confexit autem magnitudine immani, plura habentem cornua, & in his eminentissimum unum, quod extremo agnatum esset loco. Inde hircus ab occasu per aerem delatus ab eo visus, qui arietem altero capitis impulsu stravit, stitum conculcavit. Ingens praeterea cornu ex hirci fronte eminentes prodehant, quatenusque illi cornua agnata in quatuor diversas mundi plagas obversa: & in his exiguum unum, quod dum oriretur, reddita vox est ex proximo, id olim Dei templum crematurum, triennioque sacra inhabiturum. Per quae divino ille afflatus spiritu, Persici regni everfionem interpretatus, inelcym Alexandri victoriam, & impietatem regum, qui ab eo fuerunt, praefagivit. Sab. 1. g. e. 8.

Paulo ante adventum Hispanorum in Americam, Rex insulae, quam post de inventorum nomine Hispaniolam dixerunt, idolum Zemi consuluit, sejunio quinque dierum religiosae obito, flagellis etiam laceratus, quid de regno à suo obitu futurum esset. Respondit daemon, venturos homines barbaros, vestitos, regnum per vim subacturos, uno ictu gladii suis multorum corpora dissecuturos, uno ictu deorum oppressuros incolas. Hoc oraculum rex ad placandam iram carum comprehendit, quod Arentum vocant, & seftis diebus cum solenni caeremonia cantari voluit. Itaque multi incolarum sibi Hispanos primium adventantes videre, fuga sibi consuluerunt, oraculi memoria. Petr. Cieza somno 2. ver. Indiarum, c. 33.

Cum florente fortuna Ferdinandi primi regis Aragonii, urbs Neapolitana, & regnum nullis adhuc belli calamitatibus premeretur, satis constat Catalum sanctum virum, qui abhinc annis mille Pontifex urbi Tarentinae praefuit,

quemque patronum Tarenti cives colunt, nocte interpefta Ministro sacrorum cuiquam tunc facris initio, & in castra eligione educato, semel, atque iterum in somnis apparuisse, ac monuisse, ut libellum à se conscriptum, quem in addito loco vivens abdiderat, in quo divina arcana scripta erant, effoderet, & protinus ad regem deferret. Qui cum parum fidei somno dedisset, eadem sibi per quietem sapientis observata specie, cum primo diluculo solus moraretur in templo, jussit Cataldus, qualis erat olim, dum in vita ageret, Pontifici veste, infula amictus, eidem Sacerdoti plane vigilanti apparuit: iussitque, ut libellum à se conscriptum in auditu loco conditum effoderet, & regi deferret, poenam, nisi faceret, graviter comminatus. Postera luce solenni pompa minister cum populi comitatu ad latebram, in qua longissimo aeo libellus latebat, processit: eumque plumbeis tabellis obfignatum, & clavis obferatum invenit, futurum regni excidium, miserias, calamitates, & luctuosa tempora, atque instantia mala, quae postea sequuta sunt, continentem. Ferdinandum in primo belli apparatu, è vita exceffit. Car. IIX. Gallorum rex Neapolitanum regnum invafit: Alfonso Ferdinandum primogenitum, post patris obitum vix in regnum aufumpfit, regno orbatus, turpi fuga velut in exilio, diem suum obiit. Ipsi Filius Ferdinandus junior, summa spe adolefcens, cui regnum debebatur, fatali bello implicitus, in ipso atatis flore immatura morte deceffit. Postea Galli, & Hispani communicato imperio, & aequato regni iure, fugato Frederico, altero prioris Ferdinandi F. qui regno successerat, denuo regnum invafere, sacra, prophanaque occupaverunt: urbes, villas, vicofque omni belli clade pervafaverunt. Alex. 1. 4. c. 15.

Prædicitio.

Prius quam Moyses nasceretur, Ægyptiacus sacerdos oraculone instructus aliquo, an propheticis impulsus spiritu incurreret, Pharaoni regi renunciavit, Hebraico sanguine puerum nascenturum, qui multum regni opibus esset obtuturus. Per motus Pharaonis ejusmodi oraculo, vel, ut Bibliaci libri tradunt, quia Hebraeorum gens multo numerosior videri coepere, quia ipsi regi, & universae Ægypto tutum crederetur, nutriti veniunt omnem virilem Israelitarum stirpem, quae deinceps nasceretur. Capitale futurum edixit, si quis marcam tolleret. Obstetricibus ad haec indigenis datum negotium, ut omniam attentè explorarent, ne in cuiusquam puerperio fieret fraus. Nemini erat dubium, totam Judaeorum gentem, quae ad ad id tempus in Ægypto creverat, ut ad sexcenta virorum millia in ea concenterentur, hominis atate interiturum, si omnis alterius sexus soboles in ipso vitæ ingressu fuisset extincta. Verum Moyses numinis providentia clam natus, palam susceptus à regis filia Thermuth, in regia educabatur. Pharaon puerum gremio receptum, parvo diademate insignivit, oraculi immemor, aut certe patria charitate victus. Id insigne pueri inter crepundia arceptum humi affixit, affixum pedibus conculcavit. Acceperunt, qui tum circa regem steterant, non sine gemitu id omen: nec fatidicus sacerdos, qui tum forte aderat, temperare potuit, quin tum quoque regem prædictionis suae admoneret, aperta quoque prædictione diceret, hunc videri sibi puerum, qui magnam aliquando cladem Ægypto allaturus foret. Ea voce rex territus, haud longè aberat, quin puerum è filiae complexibus arceptum, suis jugulandum traderet. Obvoluta illa genibus patris, atatem excusavit, quae nihil adhuc sciret. Ad omen igitur elevandum, carbonem jubent puero accensos offerri: ex ea re exploratori, an nocitura etiam temerè tractaret. Hic factum memorant, ut non sine perpetua linguae clade, ex his aliquot repente hauserit, manifesto indicio, hunc ipsum divini ignis radice aliquando innoxie perlatum. Sab. 1. 2. Enn. 1.

SAUL regi, eo quod Agag regem Amalechitarum, item optima quæque animalia, ac sacrificium, contra Domini, & Samuelis Prophetae iustum, conservat, Samuel iram Domini prædixit, quodque regno exuendus esset. Saul sese precasse confessus, veniam postulabat, & Samuelem precor penula apprehensum, ut Dominum secum adoraret, retinere studebat, at penula abrupta est. Tum Samuel: Sic quoque Israelitarum Deus hodie à te regnum abruptum, idque meliori te tradidit. 1. Reg. 15.

De Hieremia, & captivitate, excidioque Judaeorum ad hunc modum scribit Alexander Polyhistor apud Eusebium: Temporibus, inquit, Joachim Hieremias prophetavit, qui missus à Deo, cum Judaeos auro simulacro, cui nomen erat Baal

Baal sacrificantes reperisset, futuram eis propter hoc calamitatem praedixit: unde Joachim vivum iussit cremari. Illum autem dixisse, foveas, ipsos a rege Assyriorum captos, iuxta Tigridem, atque Euphratem, eisdem lignis facturos. Hæc Nabuchodonosorem Babyloniam regem audivisse, ac Sibare Medorum regem in auxilium adducto, cxxx. pedum, equitum c. & xx. millia ducenta, ac x. millia currum, primò Samaritanas omnes urbes, Galilæam, Scythopolin, & Galatidem evertisse, deinde Hierosolymam, & Judæorum regem Joachim vivum cepisse, & aurum, argentum, æs, cæteraque omnia, quæ in templo fuerant, arca excepta, & tabulis, in Babylonem asportasse. Arcam enim Hieremias detinuit. Sic ille. *Vros 1.18. Aug. de Civit. Dei, c. 25.*

Fertur Croesus à Sandane, Lydii generis homine, longæque in futurum prospiciente, monitus, ne quid temerè moveret in eam gentem, cui aqua potui esset, & vestis leortica, ex quibus visus nulla expectari possent præmia (siquidem nihil autem Croesum victum fuit Persis in vita lautum, aut elegans contra videret, ne si Lydorum gaza semel foret hostibus delibata, sibi, suisque dirum festinaret exitium. Auditi hæc Croesus, cæterum belli cupiditate contra Cyrum incensus, secutusque Pythium carmen, pro vanis repudiavit. *Sab. lib. 6. Euv. 2.*

Sibylla Macedonum bellicam gloriam, Philippo Amyntæ filio regnante partam, alterius Philippi temporibus pestum iterum prædixit:

*Emathia populi (Argeade quis gloria reges)
Commoda nunc pariet regnans, nunc damna Philippus,
Namque duces major populis, atque urbis unus
Imponet. Sed eniã Hesperis amittis minor annis,
Mox etiam Eois, illustres perdet honores.*

Romani enim, qui ad occidentem sunt, Attali, & Myforum auxilio, qui ad Solis ortum vergunt, Perseum Philippi F. & regno, & vita privarunt. *Paul. in Achæis.*

Migrations Æneanum plures exiterunt. Primum coluerunt ad campum Dotion. Inde à Lapidis in Echigæ egressi sunt. Hinc oram in Molossis ad Aravam infedere: unde nuncupati Paravæ sunt. Tum Cirrham tenuerunt. Cirrham cum faxis regem obruissent Oenoculum, Apollinis præcepto in regionem Inacho adjectam descendunt, quam habebant Inachienfis, & Achæi. Fuit editum oraculum, his si impertiti essent, regionem amissuros universam: illis, si à volentibus accepissent, servaturos. Igitur Temon vir inter Achænienses cordatus, veste sumpta pannosa, & pera, mendici specie ad Inachienfes contulit se. Cui ad contumeliam, & ludibrium eum glebam rex dedit, acceptam in peram condidit. Non intelligebat eum amplexari donum: confestim enim digressus est, nihil amplius poscens. At majores natu id stupentes in oraculi memoriam redierunt, regemque adeuntes, ne rem vilipenderet, monuerunt: neque hominem missum sibi consulere, atque centum bobus Apollini votis effugit. Hinc ex provocacione reges dimicaverunt, ac conspiciens Inachienfium regum rex Ænienfium Pheuius Hyperochum cum cane se adorientem, demonstravit agere eum iniquè, qui alterum pugnatorum adduceret. Dum canem abigit Hyperochus, convertentem se lapide Pheuius ferit, confectique. Potiti ea regione, Inachienfibus, & Achæis pulsus, lapidem illum ut sacrum venerantur, eique rem divinam faciunt, obreguntque victimæ ruina. Quando Apollini centum boves operantur, immolant Jovibovem, cupus portionem Temonis nepotibus viciniam tribuunt, camque nuncupant Carnem Demendicetam. *Plut. in Quest. Græcis.*

Author est Julius Maratbus, ante paucos, quàm nasceretur Augustus menses, prodigium Romæ factum publicè, quò denunciabatur regem populi Romani naturam parturite, Senatam exteritrum censuisse, ne quis illo anno genitus educaretur: eos, qui gravidas uxores haberent, quo ad se quisque spem traheret, curasse, ne Senatufconsultum ad ararium deferretur. *Sueton.*

Procop. l. 3. de bello Vandal. refert Carthagine antiquum proverbium à pueris facti solitum, Gamma Betam, & rursus Beta Gammam persequitur. Puerorum is lusus fuisse videtur, cui inter vicinos frequenter oritur diffidium-verum oraculis, saltè ab ipso eventu confirmatus: quòd ut Genericus rex Vandalorum Bonifacium expulit, sic postea Giliemerem Belitarius. *Erafm. in Adag.*

D. AMBROSIO gravissimo morbo jactatum simul ac Stilico Vandalus, Honorii Imp. gener, audit, divino quasi aff-

flatus numine, vaticinium protulit, inquis: Si hic vitæ naturæ concesserit, ultimus Italiæ impendet interitus. *Sign. E Imp. occid. l. 10.*

Cum Ethelredum, Edovardi novæque fuz iussu cruciatai successorem, regem iungere coactus fuisset Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus, prædixisse fertur, Deum à totius Angliæ populo, ob necem Edovardi pii regis multis calamitatibus penas repetiturum. Ac respondit paulò post eventum. Dacienim irruentes in Angliam, cuncta in suam potestatem redegerunt: adeo ut rex ignavus, & mollis multo auro pacem non diuturnam ab eis redimere compulsus fuerit. Secuta est insuper pestis, & fames fævillima. *Polyd. l. 7.*

Hali Abenragel commemorat, in regia se vidisse natum Infantem, qui vix dum viginti quatuor vitæ horis perfectus, loqui inceperit, & manu signa facere. Qua re vehementius rege conterritio, accessisse miraculum majus. Nam rege (inquit) affante, & me quoque cum multis aliis, exclamavit infans: Sum (inquis) infeliciter natus, ad prodendam regni amissionem, & gentis perniciem, ac desolationem. Quibus enunciatis, concidit exanimis. *Cel. A. L. 29. c. 14.*

Mercatores duo non ignobiles, per Taurinos saltus in Galliam profecturi, ampliore humana specie virum obvium F habuerunt, acertissime repente, ab illo mandatum in hæc verba suscipere: Ludovicum Sfortiam fratrem meum alloquimini, hæque illi literas nomine meo date. Obscuruscentius illis, ac percontantibus, Quisnam esset? sese Galeaceum Sfortiam esse respondit, & mox ab oculis eorum evanuit. Illi properè Mediolanum rediere, inde Viglevanum, ubi Mauritæ agebat. Literas duci offerunt, ab illis iridentur. At cum pertinaciter in nuncio persistenter, in carceres conjecti, & tormentis examinati, nihil fraudis subesse constantia sua declaraverunt. Magno interea metu, & confertatione de capiendiis literis consultabatur. Dubitantibus cæteris, unus Galeacius Vicecomes id ausus est. Charta erat in Pontificii brevis (ut vocant) modum complicata, oblonga, claviculo tenuissimis filis aneis oberta: cuius verba hæc erant: O, O, O Ludovice, cave tibi: quoniam Veneti, Gallique tuam in perniciem coituros sunt, tuamque à stirpe rem everturi. Verum si mihi tria aurocorum millia dederis, dabo operam, ut conciliatis spiritibus, sinistra fata avertantur: idque consequuturum spero, si mihi non adverteas annuere. Vale. Subscriptio erat: Galeacii fratris tui spiritus. Hic atomis aliis rei novitate, aliis commentum iridentibus, plerisque pecuniam G dependendam sub custodia affirmantibus: ne tamen seipsum ludibrio exponeret, à superstitiosa hac largitione princeps prudentissimus abstinuit, mercatores domum remisit. Cæterum non multo post à Ludovico XII. Gallorum rege principatu dejectus, & captivus abductus est. *Artunus seditio 1. b. Mediol. oculus testis.*

Cum Alexand. VI. Pontifex Carolus IX. Gallie regem Neapolitano regno præficere constituisset, remoto Alfonso II. rege, fama est Ferdinandi patris spectrum diversis noctibus Jacobo regiæ domo chirurgo apparuisse: & primò lenioribus verbis, post admodum immitibus mandasse, diceret hæc suo nomine Alfonso, ne speraret, se Regi Gallie posse resistere: quòd in factis esset, & ejus progeniem infinitis casibus vexatam, ac demum tam præclaro regno spoliatam extindam iri. Ejus rei causam esse, cum multa ab ipsis patratæ scelera, tum verò illud maximè, quòd ipsius suavi Puteolis redeuntis, in D. Leonardi sino in via Colorea prope Neapolim commissus esset. Quòd scelus est non expresserit, constat tamen Alfonso conscientie stimulus agitatum, è regno Neapolitano quatuor trirēibus pretiosa fupellectile H omeratis in Siciliam profugisse: Ferdinandum item filium, Capua & Neapoli amissa, eò quoque classe transfussisse. Et Aragonia quidem domus per hunc modum Neapolitano regno excidit. *Sab. l. 9. Euv. 10.*

Omina.

Antè quàm Alexander Magnus Perfas aggreffus esset, narrant, Darium, cum primùm regnare cepit, Perficam acinacis vaginam mutari jussisse in eam formam, qua Græci tempestate illa utebantur. Ac tum Chaldaeorum plures vaticinatos, futurum ut Perfarum imperium ad eos transfiret, quorum rex esset vaginam imitatus. *Sab. l. 41. Euv. 4.*

Quo tempore classem Sylla ab Italia solvit contra Mithridatem, in aliis, quæ argenti Pergami Mithridati oblata fuerunt, miraculis, Vidoriam coronatam, quæ à Pergamensis

menis supernè demittebatur machinis, cum penè attingeret A caput ejus, labefactam, & delapfam coronam in theatro ad solum diffactam memorant: atque inde horrore populum, Mithridatem ingenti fuisse confertatione percultum: licet omnia ei id temporis ex sententia procederet. *Plut. in Sylla.*

Apud superiores Imperatores motis erat, ut atate provectiores aulici proceres pileis turbatis uterentur, serico techtis, pro dignitate cuiusque, adolescentem omnes profusus nudis essent capitibus. Andronico juniore verò Imperatore is mos usque adeò obsolevit, ut omnes simul & adolescentem, & senes pileis uterentur, non minus in palatio quàm in agris, isque multiformibus, & peregrinis, & quales cuique probabantur: alii Latini, alii Missi, & Triballicis, alii Syrii, & Phœnicis, suo quique arbitratu. Eodem more in vestibus etiam uti sunt: ut prudentiores novitatem aliquam, & destructionem Imperii, & finem institutorum, ac morum illius divarent. Idem certius etiam ex eo colligebatur, quòd imperatoria, & illustriissima quæque ades ferè omnes destruxit, & in cloacas, & cum magna redactæ erant. Eodemque modo de moribus, & rebus Patriarcharum, coramque maximo ornatum simul, & munimentum maxime templi Divinæ sapientie fuerunt, tum à primis archieptis consecræ, tum ab illis, qui fecerunt, pulcherrimè adiectæ, & primis operibus admodum convenientes: quæ æquè omnes corruptæ, & destruxitæ sunt. *Greg. l. 2.*

Cardinus Capivacius, cum vexillifer esset Ludovici Buzzacharini copiarum Carrariensium ducis, qui Galeacio Mediolani principe defuncto, cum magno exercitu, ad recuperandam Vicentiam à Francisco Carrariensium duce mitebatur in media area nobilium, quæ nunc Venetice Senatûs Platea dicitur: cum ei Carrarium vexillum in manus traderetur, nunquam potuit, neque à se, neque à suis illa vi sustineri, quin elapsim de manibus humi caderet. Quòd tunc portendisse fertur, ejusmodi belli apparatus, allatum exitium, & finem Carrariensium principatu: quòd ita fore, breviter dum Carrariensis Vicentiam sibi vindicare inivit Venetis contendit, Veronam, Patavium, cum principatu, & vitam denique ipsam simul cum omni posteritate filiorum infeliciter amisit. *Bern. Scard. l. 3. b. f. Pat.*

Auguria.

Quo tempore Dionysius Syracusanus tyrannide exutus est à Dione, aquila raptam satellicis lanceam in sublime tulit, inde demisit in profundum. Vates respondere, ministrum esse aquilam Jovis, lanceam principatus insigne. Igitur everfionem tyrannidis moliri deorum principem. *Plut. in Dione ex Theopompo.*

Prodigia, Oflenta.

Olymp. cxi. Lacedæmonis anno ferè quingentos Græciæ imperium tenentibus, amittendi imperii signum eis deus ante dedisse videtur. In celo enim per multas noctes fax magna ardens conspicua est, umbras insitæ lunæ faciens, quam à figura trabem igneam dixere. Paulò post verò Spartani gravide improvifus clade afflicti, imperium præter omnem spem amiserunt. Hanc faciem tantum habuisse splendorem, & luminis vim scribunt, ut umbras more lunæ in terra efficeret. *Diod. l. 15.*

Cum Croesus Lydorum rex contra Cyrum Persarum regem æquo Marte pugnasset, & Sardis se contineret, repente omnia suburbana colubris impleta sunt, quos equi dum ad pascua irent, devorant. Telmises super ea re consulti, externum exercitum affuturum responderunt, qui indigenas subigeret. Coluber enim terræ filius est, & indigena: equus verò hostis, & advena. Captus interea Croesus à Cyro, & regno exutus fuit. *Herod. l. 1. Plin. l. 11. c. 51.* filium illius semestrem in crepundis locutum, scribit. De quo infra.

Cum Dion contra Dionysium tyrannum è Zazintho insula bellum moturus esset, sub libamina, & solennia vota defecit luna. Nec fuit quicquam Dionii novi, eclipticos ambitum, occurrentemque lunæ umbram, & objectam Soli terram reparantur. Cæterum quæ milites attoniti erant elevandi, Miltas Ithæsalus vates concione advocata iussit eos bono animo esse, & spem optatam concipere. Quippe denunciare deum defectum cuiuspiam rei in præsentia illustris. Illu-

strius autem nihil Dionysii tyrannide esse, ejus luminibus ipsos, ut primùm Siciliam attingissent, obstrueros. Eidem Dionysio portentosa prodigia fuerè à deo oblata, quò tempore illum tyrannide exiit Dion. Mare, quò alluit areem, & aquam per unum diem dulcem, & potabilem reddidit: idque quicumque gustaverunt, percepere. Cujus rei *Plin.* quoque *l. 2. cap. 100.* meminit. Porcelli ei editi sunt, reliquis membris integri, tantum mutili auribus. Id vates exposuerunt defectiois, & rebellionis ostentum esse: quòd cives non ultra tyrannidi futuri essent dicto audientes. Maris dulcedinem tristitium, & fevorum temporum in meliora Syracusanis vicissitudinem asserere. *Theopompus, & Plut. in Dione.*

Avo Neronis principis in agro Marrucino, Vestii Marcelli è primis equestris ordinis olivetum univerfium viam publicam transgressum, armis inde è contrario in locum oliveti profectus, imperii mutationem portendit. *Plin. l. 17. c. 25.*

Anno salutis 325. oppida xii. in Campania terramotu concidere. Sol autem tanta obscuritate, Luna orbem subeunte, infectus est, ut stelle interdum, perinde ac noctis, micuerint. Quæ fortè impendentem Romanæ urbi veteris dignitatis immutationem, Byzantio illi amplitudine adæquando, significarunt. *Sign. l. 3. Imp. occid.*

Auctor Procopius est, apud Byzantium, Gothici belli temporibus cete comparuisse magnitudinis miræ, Porphyrium, inquit, illi vocant. Id verò annis quinquaginta locis infectus circumjectis omnibus fuerat, nec ab Justiniano, etiam si percipio, ulla quiverat ratione expugnari. Demùm Delphines infectatum avidè, ac ita limo impactum, explicari haud amplius evaluit: sed accolis hinc inde accurrentibus funium, ac machinarum vi pertractum in sicum, cubitorum triginta mensium per longitudinem excessit: per latum verò decem. Prodigium certum Gothorum regni Italia per Justinianum excindendi. *Cel. l. 8. c. 11. A. L.*

CAROLI Magni stirps, decedente Armplo, cum nihil regie ejus stirpis virilis superesset, extincta est. Cùm igitur Hugonem Capetum, regii alioqui spiritus, Gallia regem admiffisset, immortalis Dei providentia significandum hoc omnibus mortalibus, testandumque esse curavit, novo prodigiū genere, cum primùm frumento, mox ingenti aquarum vi, postremò verò aliquot dies piculis etiam pluerit. *Ænat. l. 5. c. 6. & Sab. l. 1. c. 4.*

Paulò ante quàm Scoti à Pictis, & Romanis regno exuerent, in extrema Britannia noctu in celo visi ardentes enles, & G arma omnis generis in ingentem faciem coeuntia. Duna fluvius sanguine fluxit, ripæ ejus crebris ignibus fulsere, minutis avibus pluit, quas ingens corvorum numerus statim devoravit. *H. Boeth. l. 5.*

In Scotia, Conrano regnante, cervum canibus peritum in Atholia haud procul à Grampio monte, longo cursu lassum tandem captum, interceptumque ingentem serpentum vim è ventre emisisse ferunt. Nec multo post Saxones, Ambrosio Britannorum rege è medio sublato, post Hengistum primum Britanniam sui juris fecere. *H. Boeth. l. 9.*

Anno salutis 839. quo Pictorum regnum à Scotis everfium est, duo Cometæ apparuisse dicuntur, uterque ingenti mole humano aspectui horrendus: orientem solem in autumno unus præcedebat, occidentem in vere alter sequebatur. Conspicæ sunt & frequentius sub noctem ingente acies ardentibus hastis celo concurrere, alteraque profligata fides evanescere. Sereno celo sub diem medium tantus armatorum prælio congregientium, equorumque strepitus auditus in Scotorum, Pictorumque agris, ut complures utriusque populi ingenti terrore percussent. Litus quoque (ita H incurvum sacri magistratus Ecclesiastici, baculum appellant nonnulli) in pontificis manu dum sacra ageret, Cameloduni Pictarum regis repente igne correptus, ita peritaciter arsit, ut nulla profus arce extingui potuerit. *H. Boeth. l. 10.*

BOGISLAV Sclavorum duce, Canuto V. Canorum regi se dedente, per summam utriusque gentis examinationem crepuere tonitrua. Quo eventu Sclavici regni interitum portendi conjecurarunt, sagacibus existimatum est. *Saxo l. 16.*

Genusium Reip. mutationis portentum fuit salmen, quòd templum D. Ambrosii tergit, ut supremum pietatis marmor in summitate locatum abraferit, proculque sine ullius læsione loco aptissimo reposuerit: eo tempore, quo Alfonso Aragonum, & Siciliæ rex Cajetam obfedit: & Genuefies ex iussu Philippi Mediolanensium duci Blasium Axeretum cum paucis trirēibus eò missuri erant. Tunc enim cum Blasius ad naves pergeret, fœda tempestas orta, & prædictum templum

templum fulmine ictum fuit. Biennio post, Genuentes Philippi jugo excusso, Resp. in libertatem afferuere. *Jacobus Braccellus libro 3. & 5. belli Hispanie, & Fulgofus libro 1. capite 4.*

Florentie libertatis anno 1512. mense Septemb. reductis per Aragonie regis Ferdinandi, Julii II. PP. & Maximil. I. Rom. Imp. exercitum Medicis, oppressio facta, praterea, quae humanis iudiciis deprehendi poterant, etiam de caelo significata fuit. Non multo enim ante in porta, qua Pratum itur, aurea Illia, Galliae regis insigne, ex veteri marmoreo clypeo in quo erant, fulmine dejecta sunt: aliud item fulmen in pratorii culmen iactum, in vexilliferi Petri Soderini cubiculum pervasit: ubi aliud nihil, nisi magnam argenteam pyxidem, in qua summi magistratus fuffragia colligebantur, tetigit: inde in infimam pratorii partem lapsum, magnum lapidem, qui ad imos gradus aedificii molem sustinebat, ita percussit, atque il-latum loco movit, ut à peritis architectis magna arte exemptus videretur. *Guicciardinius libro 11.*

Obsidentibus Mediolanam arcem Gallis, apud Gambolattam vicum, meridiano tempore duo equites in aere humana majores effigie inter se concurrere visi, victoremque eum,

B qui ab Galliae regione venisse videbatur, alterum continuo prostravisse, frequentes agricola confirmarunt. Biennio quoque amnis Ticini focus, qui ob terrae motum corruente ingenti montium mole, lacum supra Bellizonam nunquam antea visum biennio ante effecerat, cum excrecente in immensum aquarum multitudine, supra quadraginta stadia interellu-vallis occupasset, nec jam ullis obicibus teneretur, effracta rupe, patefactoque exitu effusus, subjectam planiciem inundavit, eodemque impetu, & lapideum Ticini pontem, & nobilissimi operis munitionem, quam duplici contexto muro, & turribus admirabilem, Ludovicus Sforcia intervallo decem stadiorum ab oppido in adversos montes perduxerat, puncto temporis deiecit, & abrupit. Inde per patentes campos horribili fragore delapsus, cum praecipue Verbanum lacum peteret, cohortem Helvetiam in castra contendente cursu celebritate obruit. Nam cum in superiora villae aedificia confendissent, paulo post auda profucentis violentia, convulsis fundamentis intacte villae decessit miserabiliter perierunt. Qua clade pulcherrimum centum stadiorum tractus, villis, fatiis, arboribus, armentis, multisque mortalibus motu absumptis, interitit. Arx capta. Maximilianus Dux,

C Francisci I. Gallorum regis armis pressus, dedicatione facta in Galliam abductus est, liberiore custodia, quam Ludovicus pater, qui à Ludov. XII. captus, in retro carcere expirarat. Et hic finis clarissimae Sforciadum familiae. *Sabell. suppl. m. 5.*

Somnia.

Hecuba praegnans facem ardentem, quae Asiam, & Europam combureret, sibi parere visa est. Peperit non multo post Paridem, cujus incestus amoribus Troja patria diruta, Asia vires attrita, Gracia longo bello confecta fuit, & perdit. *Sab. l. 1. c. 1. & Polat. l. 18. Ansbrop.*

CAMBYSES Persarum rex in somnis vidit Smerdem in regio sedente solio caelum contingere vertice. Ob id metuens, ne frater Smerdes regnum occuparet, Prexaspem misit ad eum interficiendum. Neque tamen vel hoc parricidio avertere potuit, quo minus Smerdes magus, quise verum Smerdem Cyri F. esse simulabat, regnum invaderet. Cambyfes equum confuscens, gladio in femore vulneratus, obiit. *Herod. l. 3.*

D SARACUS Aethiopia rex, Lannis Aegypti regnum occupavit. Quibus exactis visus est ei deus, qui Thebis colitur, dicere, regnum suum in Aegyptio neque felix, neque diuturnum fore, nisi sacerdotibus Aegypti omnibus occidis, per media ipsorum cadavera cum suis tranlerit. Hoc somnio sepius oblatto, omnes undique sacerdotis convocavit, narratque quae per somnium acceperat: Nollesse, inquit, in Aegyptio manentem alicui pernicem fructuere, sed male purum, omni-que scelere solutum, ab Aegypti regno abstinere. *Diodorus Sic. & Herod. l. 3.*

DARIUS è Sulis moverat contra Alexandrum, copiarum subnixus multitudine (quippe sexcenta millia militum sub signis habebat) fretusque somnio quodam, quod blandientes ei magis quam pro verisimilitudine interpretati fuerant magi, Macedonum agmen magno ignis fulgore visum esse collucere: Alexander autem, quo ante ipse cultu fuerat indutus, cum regis esset ascandens (id est, nunciatus: vel ascandens, id est, cubicularius) sibi ministrare: ac cum in Belli templum

esset ingressus, ex oculis est subductus. His mea sententia portendi deus magnificas, & claras res Macedonas gesturos, **B** & potiturum Asia Alexandrum, sicut potius ea Darius fuerat, ex ascandens rex, verum brevi vitam cum gloria depositurum. *Plutarchus in Alexand. Curtius castra magno fulgore collucere regem imaginatum prodidit, Sabellus libro 4. Enn. 4.*

Somnium mutandæ Reip. Spartanae Ephoro in fano Paphae dormienti tale fuit datum. Videbatur ei, quo loco Ephoris confidere solenne erat ad jus dicendum, una sella posita, & quatuor sublatæ. Cum obstupefceret, vox ex fano reddita, quæ id diceret Sparta conducibilis esse. Hanc visionem narrante Cleomeni regi Ephoro, primum percussus fuit, perterriti se ex aliqua suspitione ratus: jam ante enim tale quid animo volverat. Ut vero fides facta ei est, non fingere narrarent, confirmatus est, & Sparta cum mercenariis ingressus, Ephoros interfecit, & remp. ad æqualitatem reduxit. *Plut. in Cleomene.*

Reip. Rom. in monarchiam mutatio, Ciceroni, & Catulo evidenti somnio patefacta. *V. de Tit. Imperii somnia.*

DOMITIAMUM ferunt somniasse, gibbam sibi ponere cervicem auream enatam: pro ceteroque habuisse, beatiorum post se, latiorumque portendi Reipublicæ statum. Sicut fane benevenit, abluentia, & moderatione insequentium principum. *Suet.*

BEDA Venerabilis pro salute Italiae orans, vocem in somnis audivit, O Beda tace, tace, Italia non diu erit in pace. Secuta est multo post Longobardorum regum everfio à Francis facta. *Bern. Saccus l. 10. Ticinensis historia.*

Hierosolymitani regni Christianorum excidium, anno 1187. à Saladinio Aegyptio illatum, multa præcefferat prodigia: crebri, horrendique terrae tremores, veteri atrocis, solis defectus, grandis frequens ad instar ovi anserini, puncto mare redundans æstu. Regis Guidonis Lusitani cubiculario prægrandis aquila, septem jacula unguibus unice gestans, & Christianorum copias circumvolitans, per quietem visa, & huiusmodi humanam vocem edens, Vix Hierosolimis. Accedebat vita tum sacerdotum dissoluta, tum plebis obruta sceleribus mores: nec Patriarcha Heraclius integrè vixisse traditur. *Tyrus.*

ECLINUS cognomento Monachus, per quietem, filiorum vidit fortunam, ea nocte qua primus cum uxore congressus est, quæ Adela nomine. Tulca, ex comitum antiquo **C** rum Montanionis gente fuit. Visus est enim sibi videre collem, in quo Romanum oppidum in agro Patavino situm erat (cui ille imperabat, & Romanus inde dicebatur) ita effert, jactatque, ut culmine caelum contingeret: eundemque paulo post veluti nivem liquefieri, adeoque demitti, ut amplius non extaret. Liberorum casus hunc effectum tulere. Nam major natu filius, & ipse Eclinus nomine, Veronæ, Patavii, Vincentiæ, Feltrii, Cividaliſque, ac Marchiæ imperium occupavit. At minor Albericus, Tarvisi, aliorumque locorum tyrannidem invasit. Ceterum postea variante fortuna, Salutis anno ducentesimo quinquagesimo sexto supra mille, cum Apostolicus legatus, Guelphicus simul in Eclinum filium arma movissent, Patavium cum toto agro amisit. Cum autem confideret se astu Mediolanum urbem occupaturum, & ob id Abdquam anmem trajecisset, circumfessus ab hostibus, praelio visus vulnera accepto juxta Soncinum captes, eo ipso in loco perit, ac conditus est. Hoc casu frater Albericus percussus, cum disideret Tarvisium retinere posse, in sancti Zenonis arcem se recepit: ubi Salutis anno 1200. a suis proditus, in hostium potestatem venit. Illic intuitus coram **H** se sex filios occidi, uxoremque Margaritam cum duabus pupillis comburi, ipse minutim per singulos artus casus, Romanum gentem suam, sicuti in somniis pater habuerat, finitū secum vidit. *Fulg. l. 1. c. 5.*

DEJECTIONES A DIGNITATE. Porta ab Imperio.

SERGIO GALBA profecto in castra, ut Pisonem Cæsarem, & successorem suum renunciatet, prodigia de caelo exenti magna statim oblata sunt. Hinc ubi in castris exoritur est orationem partim habere, partim de scripto recitare: toties tunc, & fulguravit, tantaque vis imbris, & caliginis in castra, & urbem effusa est, ut liqueret non admittere, neque comprobare deos, neque felicem successum habiturum adoptionem. Sexto die post, Ocho conspiratione pratoriorum Imp. salutatus Galbam interemit. *Plut. in Galba.*

VITEL-

VITELLO principi Vienna pro tribunali sedenti supra caput, **A** & humeros sedentes gallinaceos, tantumque sedarum avium supervolans, ut tenebras penè afferrent, præfens periculum, amissionem imperii, & futuras calamitates, quibus ad interfectionem diis, hominibusque infensus redditus est, non caeca existimatione pramonstravit. *Alex. l. 2. c. 31. ex Suet.*

BASILACTUS monachus Isaacium Angelum Imp. ad se venientem ne salute quidem dignatus, ejus imagini, quæ in oratorii pariete depicta erat oculos eratis. Nec multo post Isaacius à fratre Alexio oculis, & imperio privatus est. *Nicias. l. 3.*

ANDRONICUS Senior Imper. nepotem Andronicum solemni pompa coronaturus, lapsu equo in cænum provolutus est. Nec multo post ab ingratisimo nepote imperio exutus, & in monasterium detrusus est. *Gregoras. l. 8.*

MICHAEL Parapincus Imp. ex studio literario, Psello præceptore, didicerat, superiore, ac potentiore aliquando fore literam No, literæ Mij, huc. Nicéphoros præfate Michaelibus. Itaque cum audiret in occidente Nicéphorum Bryennium, in Oriente verò Nicéphorum Cotoniensem defecisse (quorum ille frustra, hic verò cum successu ad imperium aspiravit) vehementer territus est. *Cusp. A. D.*

B Fuit Byzantii in palatii pariete ante Victricis Deiparæ facellum D. Georgii equo insidenti imago picta. Is equus paucis ante diebus, quam Balduinus à Palæologo imperio pulsus est, hincitum edidit horrendum, eique mutationem imperii porrendit. Iterum filii Andronico Seniore Palæologi F. quem nepos Andronicus miserè exagitabat, in tempesta nocte bis horrendum in modum hincit, Imperatore, & aulicis omnibus supra modum perterritis. *Gregoras. l. 8.*

Anno Christi 833. Sol, & Luna eclipsis patientes Ludov. Pio deponitionem ab Imperio, & carcerem, in quem à Lothario F. conjectus est, designasse videntur. *Sigeb.* In Gallia tanta magnitudinis grando defecavit, ut pecora passim, hominesque interemerit: quin & glaciæ massam pedum ferme duodecim e celo decidisse affirmant. *Bonfin. l. 10. Dec. 1.*

HENRICUS IV. Imp. nocte quadam in somno vidit pulcherrimum arborem horti amœnissimi, lapsu suo vicinam arborem deprimeret, & simul perire. Paulò post ipse à filio dejectus est folio: quæ tamen dignitas filio non fuit diuturna. *Chron. Sax.*

Regno.

C Saturno volunt in ortu filii responsum, Fore, ut ab Jove vi regno pelleretur. Quare filios multos peremit. Id agrè ferens Rhea, cum viri animus placari non posset, Jovem in Ida ab se editum, clam nutriendum Curetibus, juxta Idam montem habitantibus, dedit. Hi in antrum ad Nymphas, commendata illis infantis cura, detulerunt. Ergo lacte caprae, quæ Amalthea dicta est, melleque educatus est. *Diod. l. 5. c. 10.*

PSAMMETICUS Temenchen Aegypti regem sustulit Deus Ammon Tementi oraculum consulenti de regno, responderat: Caveret à gallis, Psammetichus Pigritate Care familiariter utens, cum ab eo cognovisset, primos Cares gallos imposuisset verticibus, oraculi mentem intellexit, & magnam Carum multitudinem conduxit, eosque duxit versus Memphim, & juxta templum Idisis castris posuit in regia, quæ distabat ab urbe quinquæ stadia: commissaque pugna, victoriam adeptus est. Ab his Caribus pars quadam Memphim Caromemphitæ dicta est. *Ptolien. l. 7. & Herod.*

Sciribit A dius in Bruto, Tarquinium Superbum huiusmodi di somnium vidisse, Pastorem ad se venire, arietes geminos agentem: seque cum ex his alterum immolaret, apsexisse superstitem irruentem omnibus comibus: se autem repentino impetu graviter prostratum, atque humi resupinum, dum caelum suspicit, animadvertisse, Solis orbem novum, & insuetum iter agere. Quod cum ad interpretes retulisset, monitum regem agere, Cavendum, ne quem ipse rudem, ut pecus, & monstrum putaret, ille cum latentis prudentia armatus, regno pelleret. Solis autem ostentum, commutationem status populo significare: Atqui non aliter evenit. Brutus enim, cujus germanum rex opprimerat, & cujus ingenuum ludibrio erat, ille regem, nomenque regium expulit: Romana res mutata, unius in locum perpetui regis, duo annos magistratus habere cepit. *Cic. l. 1. de Natura Deor. ex Accii Bruto.*

Eidem, vulturns, aquilam factus implumes dilaniantes, nidoque everentes, casillum & regni amissionem portendentem. *Alex. l. 5. c. 12.*

LUTPRANDUS Hildebrandum fratris filium sibi heredem & consortem regni aciverat. Perunt die, quo ille consors fuerat

regni à patruo declaratus, cum ex veteri ejus gentis insilito in apertum egressus, hastam gestaret, in eius summo avem cuculum dedisse, occinuisse querulum carmen. Eo permoti augurio Longobardi, essi vivo rege nihil moverant, mox eo defuncto, novi regis inertiam perterriti, quam eo ostento significari arbitrabantur, Rachisium Forojuliensem, Hildebrandum dejecto, regem sibi creaverunt. *Bonduus l. 10. Dec. 2. & Sab. l. 8. & Sigon. l. 3. regni Ital.*

Anno 904. mense Mayo cometa visus est: Ludovicus Longobardorum rex, Berengarium Italia expulit: sed paulò post mutata belli fortuna ab eo captus, Veronæ oculis priatus fuit. *Regino lib. 2.*

Anno 1014. Oceanus Anglicus, sine ulla evidenti causa, quæ possit rem admirationi eximere, in altitudinem insolitam insurgens, pagos, multosque mortales absorpsit. Quo tempore Ethelredus rex Angliæ à Suenone Daco regno pulsus est. *Polyd. lib. 7.*

HENRICUS II. Anglorum rex, paulò ante quàm ab Eduardo Eboracensi regno dejectus est, cum in senatu ornatus regio habitu confedisset, subito corona è capite in terram cecidit. *Polyd. lib. 23.*

Principatu.

LUDOVICUS ALIDOSIUS pater, qui Imola rerum potitus est, haud diu postquam decesserat, Homini à fecerit, quem filius Ludovicus Ferrariam mitebat, in itinere, equo insidens, cum accipit (ut in aucupio mos ei fuerat) apparuit: hucque quanquam magna capto formidine dixit, filium moneret, ut postero die in eum ipsum venire locum, quantum magni momenti res ei prædicturus esset. Ea re audita Ludovicus, tum quia non credebatur, tum quòd insidias credebatur, alium pro se misit. Ei illa ipsa umbra, quæ ante apparuerat, obviam facta, vehementer indoluit, quòd filius non venisset: longè enim plura ei dicturum se fuisse affirmabat. Sed tunc illud tantum referri iussit, quòd tranfacto scilicet 22. anno, & præterea uno mense, die quoque specificè addito, urbis imperium, quòd obtinebat, esset amissurus. Ut tempus, quòd umbra prædixerat, advenit, adhibita magna cura, ea ipsa nocte, quam patris manes suspectam fecerant, ducis Philippi Mediolanensis (cui is fœdere junctus, propterea ab eo non timebat) milites glaciæ magna constrictris fossis ad euros penetrant: adhibitisque scalis, urbem cum ipso principe ceperunt. *Sabell. l. 1. c. 4. Ex.*

IMPERII INFELICIS.

JO. BAPT. CAMPOFOLGOSUS, qui Genue rerum potitus est, de seipso scribit libro primo, capite quarto Exemplorum: Primis temporibus, quibus regnum potitus sum, fulgur in turri Phæara ubi è more gentis nostræ insignia picta erant, illæsa manente turri, tria in eis foramina effecit: per ea imperii mei numerum annorum ostendens. Noctè quoque diem cam infecuta, qua in excidium meum conspiratum est, procellam malum defregit, quo in palatio tolli signa nostra contulerant: sique supra cubicali mei lectum concidit, & familia nostræ ruina haud obscure ostendit.

Sub obitum Manuclis Comneni, Constantinopolitani Imperatoris, mulier quadam in Pronotide habians, puerum peperit, cætera perexilem, & imbecillum, sed capite ingenti: Id principatus Multorum, quem omnies imperii, & H disciplina contemptus sequitur; omen habitum. *Nicias sub Alexio Comeno.*

Sub Michaelè Thraulo Imp. dicitur, vetus oraculum, suum fuisse vaticinium assequutum, rem scilicet Romanam in lapsam præcipitem iteram, & principatum malorum in terra futurum, quando Dracon Babylonis dominaretur impedita lingua, & avarissimus, qualis hic vir fuit, balbutiens, & avarus admodum. *Cusp. A. D.*

Antequàm tempore Michaelis Paphlagonis Imp. calamitates multis prodigijs significata regno Orientis acciderent, cuidam de Ministris Episc. in somnium oblatum fuit, profurus rem ipsam representans. Visus erat sibi videre eunuchum quandam albis vestibus amictum, forma effulgentem, qui tribus ipsi appositis faxis, ordine eos jubere aperire, ac evacuare. Cumque id faceret, è primo vir serpentum, viperarum, & scorpionum eruissit: ex altero rubetas, apides, basiliscos, cerastas, & alias venenatas bestias: ex tertio cantharides, culices, vespas, aliaque aculeata animalia. Cum ad hoc spectaculum obmutasset, virum illum dixisse: Hæc vobis

